



Staats- und  
Universitätsbibliothek  
Bremen

# **Staats- und Universitätsbibliothek Bremen**

**Digitale Sammlungen**

## **Bibliotheca Historico-Philologico-Theologica Classis ...**

**Brauer, Hermann Brauer, Hermann**

**Bremen, 1725**

**urn:nbn:de:gbv:46:1-7555**

# BIBLIOTHECA

*Historico - Philologico-*

## THEOLOGICA.

*Classis Octavae*

### FASCICULUS SECUNDUS.



*BREMÆ,*

---

Sumptibus JOHANNIS ANDREÆ GRIMMII,

---

Typis HERMANNI BRAUERI, MD CCXXV.

VIRO

*Magnifico, venerabili &  
amplissimo*

NICOLA O  
KÜRSNERO,

Serenissimi Principis & Hassiae  
Landgravii

CAROLI I.

a consiliis sacris, a concionibus  
aulicis, & Superintendenti gene-  
rali gravissimo,

& ubique praeclare merito,

Viro prudentia, doctrina & in  
Deum pietate maxime con-  
spicuo,

*Quartum hunc & quadragesimum*

H V J V S

**BIBLIOTHECAE  
FASCICVLVM**

Transmittit, eumq; sui in  
eum cultus ac observantiae pi-  
gnus ac obsidem,

Cum intemeratae ac perpetuae  
felicitatis ardentibus  
votis

**ESSE CUPIT**

**EDITOR.**

Hoc

Hoc fasce sistuntur tibi, B. L. sequentia

- I. Jura & libertates Dissidentium in regno POLONIAE & M. D. LITHUANIAE p. 205.
- II. Conspectus ecclesiarum *Reformatarum*, quæ sunt in regno POLONIAE & magno Ducatu LITHUANIAE p. 275.
- III. A. M. GORINGII ad locum Rom, VI. 7. observatio p. 279.
- IV. Caroli KESSLERI diatribe, qua nova verborum HAGG, II: 9. versio exhibetur p. 292.
- V. H. T. F. T. Conjectura de שעיירי ad illustranda loca ES. XIII: 21. & XXXIV: 14. p. 305.
- VI. J. C. HARENBERGII Commentatio de *Oratione per spiritum & Veritatem* ad Joh. IV: 23. 24. p. 331.
- VII. Isebrandi Eilhardi HARKENROTHII periculum criticum, quo ΛΕΒΗΔΩΝ ΗΕΣΥΧΗ, aliaque ejus loca explicantur p. 339.
- VIII. D. Duchat de aetate G. POSTELLI observatio p. 358.



I.

בְּנִבְרַת הַשָּׁמַיִם.

JURA (a)

Et

LIBERTATES

Dissidentium

In

Religione Christiana,

In

Regno Poloniae, & M. D. Lithuaniae,

Ex Legibus Regni

& aliis Monumentis authenticis,

excerpta,

§. I.

**R**enascente in Orbe Christiano, S. Evangelii Luce, statim in diversis etiam locis Regni Poloniae hæc reformata propullulabat Doctrina, & quidem eo cum successu, ut non tan-

Class. VIII. Fasc. II.

O

tum

(a) Scriptum hoc in comitijs regni a, 1718. Regi Sc

pre

tum ex Ordine Equeſtri plurimi, ſed & ex Senatorio non pauci in Bonis & Ditione quique ſua, per Miniſtros rite vocatos Sacra ſecundum Evangelium reformata, liberrime exercuerint.

§. 2. Utque Doctrina ſua clarius omnibus innotefceret, anno 1564. in Comitibus Warſawienſibus Evangelici Reformati CONFESSI-  
ONEM ſuam typis exſcriptam SIGS-  
MUNDO AUGUSTO obtulerunt, qui &  
Confessionem approbavit, (b) & omneſei ſubſcribentes in Regiam Protectionem ſuſcepit,

proceribus Poloniae oblatum fuit una cum libello ſupplice; quem in hac Bibliotheca Cl. III. Faſc. IV. art. 4. legendum exhibui. Mentio hujus ſcripti ibidem p. 682. facta eſt. Confido communicationem illius benevolo lectori acceptam fore, & quod hiftoriam Proteſtantium illius regni exhibet in compendio, & quod longe rariffimum eſt, cum praeter exempla in ipsis comitiis inter Magnates diſtributa pauciſſima impreſſa ſint. Fieri id pariter opportune puto, cum ferales nuntii, qui his diebus immane illud ac barbarum, Thorunii editum a Sarmatis facinus nobis adtulerunt, omnium animos impleverit cupiditate accuratius, quis Diſſidentium, ut vocant, in illo regno ſit ſtatus, quae jura, cognoscendi. Certe quiſquis hunc libellum legere attento animo voluerit, & contra publicas regni leges ac conſtitutiones cum miſeris illis hominibus actum, & vi earundem, iis erepta, reſtituenda eſſe, deprehendet. T. d. H.

(b) Vid. Regenvolſc. Hiſt. Slav. p. 63. item Joh. Læ-  
tus Hiſt. Univerſ. Edit. Lugd. p. 571. Lipſ. p. 390.

pit, *Petricovia*, anno 1564. die 31. Octobris; respiciens haud dubie ad *Pacem Religionis paulo ante in Imperio, Transactione Passaviensi* inter Romano-Catholicos & Augustanæ Confessioni addictos Status Imperii initam, & postea in Comitibus Augustanis, an. 1555. Decreto *Ferdinandi Imp.* promulgatam.

§. 3. Inde per sexennium *Synodis* passim libere habitis, tandem an. 1570. *Synodum Generalem seu Nationalem, Sendomiriae*, celebrarunt, in eaque **CONSENSUM MUTUUM**, inter Augustanos & Reformatos stabiliverunt, cum Approbatione & Subscriptione plurimorum tam ex Senatu (c) quam Equestri Ordine, Evangelicam Doctrinam professorum: ut hoc Acta Synodi typis exscripta & per Europam vulgata abunde testantur. Ibidem etiam *Confessionem* conscripserunt, tam *Augustanae* quam *Suae* ante sexennium exhibitæ conformem, eamque Sigismundo Augusto Regi, primum scripto obtulerunt, postea Impressam dedicaverunt, ab Ipso clementissime susceptam. Atque hoc pacto per universum Poloniae Regnum Religio Evangelica liberrime effloruit, altasque quaquaversum radices egit, cum (teste *Piasccio* (d) non solum Rex ipse huic Re-

O 2

ligio-

(c) Inter quos *Palatinus Cracoviensis, Palatinus Sendomiriensis, Palatinus Posnaniensis, Palatinus Rusfia, Castellanus Gnesnensis, &c.*

(d) *Episcop. Premisl. in Chronico Polon. edit. Cracov.*

ligioni faveret, sed & Senatus Regni majore parte ex Evangelicis constaret, & ipsi Ecclesiastici Senatores nutare inciperent. Unde in Civitatibus etiam Regiis, Ecclesiarum, Scholarum & Cœmiteriorum Libertate Evangelici passim gaudebant, Privilegiis Regiis muniti; quorum *duo* speciminis loco exhibere, ab hoc loco non fuerit alienum:

Priore Evangelicis Cracoviensibus Hortus Urbi adjacens in Usum Cœmiterii conceditur, tenore sequenti:

SIGISMUNDUS AUGUSTUS, D. G.  
Rex Poloniae, &c. &c.

Significamus presentibus Literis nostris Universis & singulis quorum interest, Quod Nos precibus nonnullorum Consiliariorum Nostrorum inclinati, pro Christianis hominibus profitentibus Dogmata & Institutiones Venerandi olim Patris, Johannis Calvini, Cracoviae & extra muros Cracoviae ubi libet degentibus, de Benignitate

cov. p. p. p. 48. 49. Edit. Amstel. p. 41. Sic Stanis. Lubinski Episc. Plocensis ex ore Matthiae Pstrokonii, Episcopi Premysliensis refert, circa an. 1560. ita Religionem illam invaluisse, ut Senatus quidem major Pars ex Evangelicis constaret, iidem inter Equestrem Ordinem non quidem numero, sed ad quasvis Functiones obeundas dexteritate eminerent, primasque & in privatis & publicis Consiliis ac Conventibus sibi Partes vendicarent. Monita Domest. Edit. Cracov. 1635. 410. p. 26. 37.

tate Nostra Regia, Hortum antiquitus Seifridowski  
 dictum, Clepardie, extramœnia Civitatis Craco-  
 vie, ultra Portam Divi Nicolai, inter vias pu-  
 blicas versus Prosovia tendentes, prope Gymna-  
 sium Sagittariorum, alias Strzelnica situm, pro human-  
 dis seu sepeliendis mortuorum hominum corporibus  
 prædictæ Institutionis seu Religionis Christianæ, & ad  
 Cœmeterium ipsorum, tanquam Bœcum Publicum &  
 Sacrum, muro posito circumducendi atque ornandi,  
 consentimus, prædictum hortum ab omnibus &  
 singulis oneribus, tam Nostris quam Civilibus,  
 quam etiam Contributionum Publicarum li-  
 bertandum & eximendum, prout libertamus &  
 eximimus præsentibus, perpetuis temporibus, more  
 & consuetudine aliorum Cœmeteriorum antiquitus  
 in Regno Nostro erectorum & sitorum, harum  
 testimonio Literarum, quas manu nostra propria  
 subscripsimus, & sigillo nostro obsignari iussimus.  
 Datum Lublini in Conventu Regni Generali, 8.  
 Aug. an. Dom. 1569. Regni vero Nostrî 40.

SIGISMUNDUS AUGUSTUS Rex mp.  
 Posteriore Privilegio, iisdem Evangelicis  
 Cracoviensibus, Domus BROG dicta, in  
 ipsa Urbe Cracovia in usum Templi &  
 scholæ conceditur. 2. Maj. 1572.

SIGISMUNDUS AUGUSTUS &c.  
 ut supra.

„Significamus præsentibus Nostris Literis,  
 „quorum interest, universis & singulis.  
 „Quia Nos considerantes, quæ & quanta

„mala, maxima & florentissima Christiani  
 „Nominis Regna & Dominia hisce annis ex-  
 „perta sunt, dum eorum Reges & Principes  
 „Opiniones, quæ hoc tempore diversæ de  
 „Religione exortæ sunt, opprimere conan-  
 „tur. Ideo his tantis totius Christianæ Reip.  
 „periculis, quæ cum aliis Regnis, tum huic  
 „nostro potissimum, propter vicinaitatem  
 „cum Barbaris communibus Christianorum  
 „hostibus, imminet; Officii Nostri exi-  
 „stimamus esse, quieti & tranquillitati Re-  
 „gni Nostri consulere, & ne ob has Con-  
 „troversias de Religione, inflammatis Par-  
 „tium studiis occasio aliqua intestinis discor-  
 „diis, quod Deus avertat, detur, provide-  
 „re; cum præsertim, quod Rigor hac in  
 „parte non modo inutilis, sed etiam perni-  
 „ciosus sit, aliorum Regnorum exemplis, in  
 „quibus cum illorum prope interitu tantum  
 „Christiani Sanguinis frustra effusum sit, edo-  
 „cti simus, ac prorsus cernamus, à Deo ipso  
 „propter probandam Fidelium Constantiam  
 „hac ultima ætate mundi tantas de ejus cultu  
 „dissensiones permissas esse, ut nullo con-  
 „silio humano tolli possint; sed Deus tan-  
 „tum assiduis votis orandus sit, ut Ecclesiæ  
 „sue periclitanti misereatur, & omnes er-  
 „rantes ad Unicum verumque suum Ovile  
 „ipse reducat. Quamobrem in hoc Con-  
 „ventu Generali Regni Warsaviæ, cum à  
 „Consiliariis Nostris infra scriptis cæterisque  
 „co-

„eorum Religionis , oblata esset Confessio  
 „Fidei ipsorum Sendomiriæ ab ipsis hoc an-  
 „no iplo 1570. publicata , iisque urgenti-  
 „bus , inter Statum Spiritualem & Secula-  
 „rem communis quietis causa , Concordia  
 „tractari cœpta esset , nec tamen ea ullo  
 „modo coire posset , ita ut eam ad alterum  
 „Regni Conventum differri oporteret , Sub-  
 „diti Nostri Confessionis Christianæ , per  
 „eosdem præfatos infra scriptos Consiliarios  
 „Nostros , summa cum instantia supplica-  
 „runt Nobis , ut illorum , qui ejus Confes-  
 „sionis essent & Communitatis , in Civitate  
 „Nostrâ Cracoviensi Ædes manu conjuncta  
 „emere pecunia ipsorum , ac in iis Coetus  
 „habere , docere , cœteraque eorum Re-  
 „ligionis Exercitia tuto , ac Scholastica Stu-  
 „dia libere obire liceret. Nos pro evitan-  
 „do majori ac graviori Regni Nostri incom-  
 „modo , Consensum Nostrum Regium ad  
 „dictam Domum emendam , & emptam  
 „possidendam , habendam , utendam , fre-  
 „quentandam , ac in quosvis usus manu  
 „conjuncta , prout melius illis & commo-  
 „dius videbitur , convertendum , præben-  
 „dum , ac dandum iisdem duximus damus-  
 „que ac præbemus Literis hiic Nostris per-  
 „mittentes eis Liberum Exercitium Religio-  
 „nis eorum , in dicta Domo , Impedimento  
 „ac contradictione cuiusquam non obstante ;  
 „ac eosdem unversos & singulos eorum

„sub Protectionem ac Salvum Conductum  
 „Nostrum Regium à vi & potentia quarumvis  
 „Personarum cujuscunq; Status, Conditionis  
 „& Præminentia forent, recipientes, & à  
 „Jurisdictione quorumvis Officialium ac  
 „Tribunalium Spiritualium ac Secularium  
 „Regni Nostri eximentes, ita, ut occasione  
 „hujus Doctrinae & Exercitii ipsorum Reli-  
 „gionis, in Jure nullo vocari ac citari pos-  
 „sint, nec vocati ac citati respondere  
 „teneantur, aut propterea ulla poena à Ju-  
 „dicibus ac Officialibus Spiritualibus & Se-  
 „cularibus, aut à quibusvis aliis hominibus  
 „injuria, contumelia quavis afficiantur. sub  
 „Poenis in Violatores Literarum Salvi Con-  
 „ductus Nostri, Legibus & Statutis Regni  
 „sancitis & promulgatis. Mandantes Pro-  
 „Consuli, Consulibus, Advocato, Scabinis  
 „Civitatis Nostre Cracoviensis p. t. existen-  
 „tibus, ut Recognitionem Venditionis, Do-  
 „nationis, aut Resignationis ac traditionis,  
 „possessionis, emtionisque, acceptationis &  
 „alia quæ in re vel Consuetudinibus perti-  
 „nebunt, Actorum libros ad ea inferenda  
 „& Officiales Ministros dictæ Civitatis ne  
 „denegent, sub poena decem millium Au-  
 „reorum Ungaricorum, quorum pars una  
 „media fisco Nostro, altera Parti cedat. De-  
 „nuntiamus præterea hoc Omnibus ac Uni-  
 „versis, quorum interest, nominatim vero  
 „Dignitariis, Officialibus Palatinatus Cra-

,,coviensis, cæterisque supra nominatis, Epi-  
 ,,scopo, Castellano, Palatino, Capitaneo,  
 ,,Magno Procuratori Arcis Cracoviensis, Ju-  
 ,,dici, Sub-Judici ac Cæteris omnibus, Pro-  
 ,,Consuli, Consulibus, Advocatis, Scabi-  
 ,,nis, totique Communitati Terræ vel Ci-  
 ,,vitatis Cracoviensis: Mandantes Omnibus,  
 ,,Universis & Singulis, ut præfatos Subditos  
 ,,Nostros dictæ Confessionis, juxta hæc  
 ,,Literas Nostras cum earum omnibus ac  
 ,,singulis Conditionibus, Articulis, Punctis,  
 ,,conservent & conservari curent. Insuper  
 ,,ratione damnorum, injuriarum, vio-  
 ,,lentiæ prædictæ Domus (cum jam pos-  
 ,,sionis dictæ Communitatis erunt) de o-  
 ,,mnibus ac singulis, cujuscunque Status ac  
 ,,Conditions hominibus præromptam ac suffi-  
 ,,cientem Justitiam, quorum intererit, ei-  
 ,,dem Communitati, prout aliis Subditis No-  
 ,,stris, administrent. Quas quidem Literas  
 ,,Nostras ac Conclusionem Concordiæ inter  
 ,,Status, Spiritualem & Secularem, in Co-  
 ,,mitiis proxime sequentibus, & si tum coiri  
 ,,non poterit, quovis præterea futuro tem-  
 ,,pore faciendam robur obtinere volumus.  
 ,,In cujus rei fidem Literis hisce Sigillum  
 ,,Nostrum appendi jussimus. Datum Var-  
 ,,saviæ in Conventionione Regni, præsentibus  
 ,,ac supplicantibus Consiliariis Nostris &c.  
 ,,Die 2, Maji, Anno Domini Millesimo septua-

„agesimo secundo. Regni vero Nostri Qua-  
 „ragesimo Tertio.

*Valentinus Dembinski, Reip. Cancellarius.*

Utrumque hoc Privilegium confirma-  
 vit *STEPHANUS Rex.*

§. 4. Post obitum Sigismundi Augusti, fa-  
 ctus est CONFOEDERATIO GENERALIS  
 OMNIUM ORDINUM REGNI, Warfa-  
 wixæ an. 1573. in Januario. In hac quàm so-  
 licite Libertatibus Civium non in Secularibus  
 tantum, sed & in Spiritualibus cautum fue-  
 rit, ostendunt verba in Volumine *Consti-  
 Regni*, pag. 208. 209. 210.

„Nos Senatores Regni, Spirituales & Se-  
 „culares, nec non universus Ordo Eque-  
 „stris, & reliqui Status unius & indivisæ Rei-  
 „publicæ Polonicæ &c. . . Notum facimus  
 „universis & singulis, ad perpetuam rei me-  
 „moriæ. Quod, tempore hoc periculoso,  
 „sine Rege & Domino exsistentes, in Con-  
 „ventu isto Warsaviensi, omnes diligen-  
 „tem in id curam impenderimus, qua ra-  
 „tione, exemplo Prædecessorum Nostro-  
 „rum, Pacem internam, Justitiam, Ordini-  
 „nem, Defensionemque Reipublicæ procu-  
 „raremus & conservaremus. Eapropter  
 „constanti & unanimi Consensu, sancta-  
 „que fide, universi Nobis invicem spon-  
 „de-

demus; nomine totius Reipublicæ promittimus, & sub Fide, Honore, & Conscientiis nosmet ad sequentia adstringimus . . . in Regem non consentiendum prius; quam Iura nostra omnia post Electionem illi offerenda, jure jurando confirmaverit . . . imprimis vero jure jurando recipiat, Pacem Universalem, inter DISSIDENTES in Religione conservare & tueri. . . . Quandoquidem autem in hac Republica non parvum reperitur Dissidium in causa Religionis Christianæ; occurrendone ea de causa inter Incolas perniciofa aliqua Seditio oriatur, cujus exempla in aliis Regnis luculenter videmus, spondemus omnes pro Nobis & Successoribus Nostris in perpetuum, sub Vinculo Juramenti, Fide, Honore & Conscientiis Nostris, ut qui sumus Dissidentes de Religione, Pacem inter nos conservare, & propter diversam fidem, & ritum in Ecclesiis, sanguinem non effundere, neq; pœnas imponere, Confiscationis bonorum, Infamiæ, Carceris, Exilii; & alicui Superioritati & Officio, ad ejusmodi Processum nullo modo auxilium dare: Quin imo si aliquis illum effundere voluerit, ex ista causa, opponere se omnes tenebimur: Quamvis etiam sub prætextu Decreti, vel Processus judiciarii, aliquis hoc voluerit facere. . . . Omnia hæc promittimus invicem, & nomine Po-  
ste.

„sterorum nostrorum constantè observan-  
 da, sub Fide, Honore, & Conscientiis  
 nostris. Si vero quis hisce contrariari, &  
 Pacem Ordinemque publicum turbare  
 voluerit, contra eum omnes consurgemus  
 in ejus Destructionem. Actum Varaviae  
 in Conventu Regni Generali. D. 28. Ja-  
 nuarii 1573.

§. 5. Hæc Confœderatio confirmata fuit in  
 Articulis PACTORUM CONVENTO-  
 RUM, inter Ordines Regni & Legatos  
 Henrici Regis d. 16. Maji 1573. ubi dicti Ora-  
 tores nomine Sereniss. ELECTI recipiunt &  
 spondent:

*Omnia Jura, Privilegia, Libertates . . . cir-  
 ea Electionem Regis sui, ex unanimi & concor-  
 di omnium Ordinum Consensu sancitas, integre  
 & inviolabiliter eum servaturum, atque etiam  
 Juramento Corporali confirmaturum &c. Vol.  
 Constit. p. 226.*

In JURAMENTO vero, ab ipso Rege solen-  
 niter præstito, & à Successuris Regibus pa-  
 riter præstando (vid. Const. Regni p. 278.)  
 his verbis Libertati Religionis Evangelicæ  
 cavetur:

*Ego Henricus . . . spondeo ac sanctè juro DEO  
 Omnipotenti . . . quod omnia Jura, Liberta-  
 tes, immunitates, Privilegia publica & privata, juri  
 communi utriusque Gentis & Libertatibus non  
 contraria, Ecclesiasticas & Seculares . . . per  
 divos Prædecessores meos Reges datas . . .*

ab omnibusque Ordinibus tempore Interregni  
 statutas, mihi oblatas, manu tenebo, obser-  
 vabo. . . Pacemque & Tranquillitatem  
 inter Dissidentes de Religione tuebor, &  
 manu tenebo, nec ullo modo, vel jurisdicio-  
 ne nostra, vel Officiorum nostrorum, & Sta-  
 tuum quorumvis autoritate quemquam affici  
 opprimique causa Religionis permittam, nec ipse  
 afficiam, nec opprimam. . . Sic me Deus  
 adjuvet. Constit. Regni p. 226. 227.

Hæc Juramento comprehensa, Rex dein  
 post Coronationem ex superabundanti (ut ipse  
 loquitur) solennibus Literis confirmavit d. 22.  
 Apr. 1574. vid. Constit. Regni p. 229.

Porro, Confœderatio illa, & Libertas Re-  
 ligionis Evangelicæ, luculentius confirmata  
 fuit in Literis Confirmationis Articulorum Henrico  
 Regi oblato & approbatorum, qui ipsi Arti-  
 culi Successuris Regibus Cynosuræ loco fu-  
 turi erant; (vid. Acta cum Stephano Electro  
 &c. in Constit. p. 253.) ita vero ibi Rex:

„Quandoquidem in hoc illustri Regno  
 „Gentis Polonicæ & Lituanicæ, Russicæ,  
 „Livonicæ &c. non pauci reperiuntur  
 „Dissidentes in Religione Christiana, occur-  
 „rendo quibuscunque in posterum Sedi-  
 „tionibus & Tumultibus, & inde Litibus  
 „aut Certaminibus Religionis causa ori-  
 „undis; caverunt sibi invicem quidam  
 „Cives Regni hujus, peculiari Confœde-  
 „ratione, se in causis Religionem con-  
 cer-

„cernentibus, omnino in Pace conservari  
 „debere, quam quidem Nos illis integre  
 „& in perpetuum conservare promittimus  
 „*Const. Reg. p. 253.*

§. 6. Henrico successit STEPHANUS  
 REX; Juramenti ab ipso præstiti Tenor  
 inter alia, hic est.

„Omnia Jura, Libertates . . . ab Omnibus  
 „Ordinibus *tempore Interregni* statutas atque  
 „sancitas, mihi oblatas, nec non Pacta &  
 „Conventa Oratorum meorum nomine  
 „meo cum Ordinibus, manu tenebo, ob-  
 „servabo, custodiam, & tuebor . . . *Pacem-*  
 „*que & Tranquillitatem inter Dissidentes de Reli-*  
 „*gione tuebor*, manu tenebo, nec ullo modo,  
 „vel Jurisdictione nostra, vel Officiorum  
 „nostrorum, & Statuum quorumvis Auto-  
 „ritate quempiam affici, opprimique causa  
 „Religionis permittam, nec ipse afficiam,  
 „nec opprimam . . . Et si, (quod absit,)  
 „in aliquibus juramentum meum violavero,  
 „nullam mihi Incolæ Regni omniumque Do-  
 „miniorum uniuscujusque Gentis obedien-  
 „tiam præstare debebunt, imo ipso facto eos  
 „ab omni fide & obedientia Regi debita li-  
 „beros facio, (d) absolutionemque nullam  
 „ab

(d) Rigor hujus Præmunimenti, qui fortassis videri  
 posset nimius, eleganter declaratur in Comitibus Co-  
 ronati. R. Stephani, p. 279. *Non . si quid ejusmodi*  
*per aliquem humanum Errorem, ut fit, Serenitati ejus ex-*

ab hoc meo Juramento à quoquam petam,  
neque ultrò oblatam suscipiam: Sic me  
Deus &c. *Const. Regn. p. 250.*

§. 7. Inter PACTA CONVENTA  
(quorum in Juramento Rex meminit) seu  
Conditiones ex communi Ordinum Regni  
Consensu, Legatis ejus propositas, & ab iis  
susceptas, *Warsawia d. 14. Dec. 1575.* hæc  
quoque fuit:

Omnia Jura, Libertates . . nec non Arti-  
culos (e) in Electione Henrici Regis con-  
scriptos, & ab Ordinibus oblatos, primum  
hæc *Warsawia* ab ipsis Legatis, deinde  
*Parisiis* ab utroque Rege publico juramento  
approbatos confirmabit.

Hos Articulos ipse dein Stephanus, &  
jurejurando, & Manus Regiæ subscriptione  
(vid. *Constit. Regni p. 252.*) & solen-  
nibus denique *Literis Confirmationis* illorum  
Ar-

*ciderit, aut obrepserit, in quo Jus & Libertas communis  
ladi videretur. Sed tunc demum, si quod absit, quodve  
nunquam omnino futurum esse confidimus, à Volente &  
Sciante Serenitate ejus, Jura aut Libertates nostra, ita,  
aut per Potentiam opprimerentur, aut per contemptum  
& temeritatem in dubium vocarentur, ut ne Admonitio-  
ne quidem Senatus, aut reliquorum Regni Ordinum,  
quicquam profectum esse videatur.*

(e) Sub his *Articulis Henricianis* principaliter illos  
qui Religionis Evangelicæ Securitatem respiciunt,  
intelligi, notorium est. Tunc enim primum *Lege  
Publica* ei cautum fuit.

Articulorum, datis in Transylvania, in  
Oppido Meggyes, sub ipsis Comitiis Ge-  
neralibus, die 8. Febr. 1576, confirmavit,  
his verbis:

„Quos quidem Articulos seu Leges, in omni-  
„bus earum Punctis & Conditionibus appro-  
„bandas, roborandas, & confirmandas duxi-  
„mus approbamusq; roboramus, & confirma-  
„mus per præsentem Literas nostras: decernen-  
„tes eas perpetuæ, indubiæ, & inviolabilis fir-  
„mitatis robur obtinere debere, promitten-  
„tesq; sub Juramento illas in prædictis omni-  
„bus earum Punctis & Conditionibus sine ulla  
„excusatione & exceptione, firmiter, inconcussè,  
„& inviolabiliter tenere, observare, adim-  
„plere, & exsequi facere . . . Dantes Pote-  
„statem insuper Cancellario & Vice-Cancel-  
„lario Regni; ut eorundem Articulorum seu  
„Legum Confirmationem sub Sigillo Regni,  
„Ordinibus ac Subditis nostris, qui eam re-  
„quirent, extradat, non obstante ulla Exceptio-  
„ne, seu quovis in contrarium mandato.

-STEPHANUS REX.

Vid. Constit. Regn. p. 257.

§. 8. Porro in LITERIS CONFIR-  
MATIONIS GENERALIS Jurium &c.  
ne Generalis ista *Juri Dissidentium* derogare  
videretur Rex sollicitè cavet, hisce verbis:  
„Quod verò suprà, hisce Literis, Privilegia,  
„Libertates Ecclesiasticas, cum cæteris con-  
„firmavimus, id nihil Articulo Juramenti  
„do-

derogare volumus, videlicet *Pacem & Tran-*  
*quillitatem inter Dissidentes de Religione tuebimur*  
*& manu tenebimus &c.* quem inconcussè, fir-  
 miter, & inviolabiliter, ac cum effectu Nos  
 observaturos promittimus ac spondemus.

STEPHANUS REX.

Quæ quidem Declaratio Regia, com-  
 muni omnium Regni Ordinum Approba-  
 tione & mandato typis exscripta, & in pu-  
 blicum evulgata fuit. Vid. Constit. Regn.  
 p. 259.

In ipsis dein Comitibus Coronationis Re-  
 giæ, d. 4. Maji 1576. secuta est CONFIR-  
 MATIO GENERALIS OMNIUM JU-  
 RIUM &c. iisdem omnino Verbis, quæ  
 e *Literis Confirmationis* jam jam allegavi-  
 mus: *Quod verò supra &c.* (vid. Constit.  
 Regn. p. 270.) ita quidem ut in hunc de  
 Dissidentium Libertate Articulum unà  
 cum Rege consenserint, eique subscri-  
 pserint primaria Nomina (f) ex Clero  
 Romano, nec non Ordine Senatorio &  
 Equestri, quos prolixè vide p. 271. 272.

§. 9. Ut verò Integritati Articuli hujus  
 nihil omnino deesset, in hisce ipsis Comi-  
 tiis Coronationis, hic *Articulus*, ejusque  
 Class. VIII. Fasc. II. P Con-

[f] Horum agmen ducunt IV. *Episcopi*, Cracoviensis,  
 Wladislaviensis, Premysliensis, Chelmenis; & VII.  
*Palatini*, Cracoviensis, Sendomiriensis, Kalissiensis,  
 Lanciciensis, Lublinensis, Belsensis, Podlachiensis.

*Confirmatio* ipsissimis verbis e *Confirmatione*  
*Henrici R.* huc translatis repetitur, & inter  
*Leges* censetur:

„Quandoquidem in hoc illustri Regno Gen-  
 „tis Polonicæ & Lituanicæ, Russicæ, Livo-  
 „nicæ &c. non pauci reperiuntur *Dissidentes*  
 „in *Religione Christiana*, occurrendo quibus-  
 „cunque in posterum *Seditionibus* & Tu-  
 „multibus, & inde *Litibus* aut *Certaminibus*  
 „*Religionis* causa oriundis; caverunt sibi in-  
 „vicem quidam *Cives Regni* hujus, pecu-  
 „liari *Confœderatione*, se in *Causis Religio-*  
 „*nem* concernentibus, omnino in *Pace* con-  
 „servari debere, quam quidem nos illis in-  
 „tegrè & in perpetuum conservare promitti-  
 „mus. *Constit. Regn. p. 275.*

§. 10. Et ne sæpe dictus *de Pace Dissiden-*  
*tium* conservanda *Articulus Novitatis* po-  
 stularetur, eoque nomine minus roboris  
 habere videretur, inter primas *Leges* ibi-  
 dem in dictis *Comitiis Coronationis* firma-  
 tas, hæc quoque existit:

„Præter *ratihabitionem* & *confirmationem*  
 „tam antiquorum *Jurium*, quàm (*NB.*) ante  
 „*Coronationem* nostram in *Republica* sanc-  
 „torum, quandoquidem id semper in *Pote-*  
 „state & in usu hujus *Regni* fuit, pro *ratione*  
 „*necessitatum* & *temporum Jura* emendare,  
 „temperare, mutare, addere, novaque surro-  
 „gare, *Consensu omnium Ordinum*; proin-  
 „de nos quoque in hisce *Comitiis Coronatio-*  
 „nis

nis nostræ, rogatu & Consensu Nunciorum  
 Terrestrium, & ex Consilio DDnn. Senato-  
 rum, sequentia, ex parte declaravimus &  
 emendavimus, ex parte recens constitui-  
 mus. Et primò quidem, Juramentum Re-  
 gium, quamvis antea jam tum in Statuto  
 Alexandri R. expressum fuit, cum ea Emen-  
 datione suscepimus, & (NB.) Successores  
 nostri suscipere tenebuntur, prout Henrico  
 Regi Prædecessori nostro præscriptum, &  
 ab ipso pariter & nobis, in Coronatione  
 præstitum fuit, cujus Tenor de verbo ad  
 verbum est sequens &c. *Constit. p. 278.*

Idem Articulus altero eorundem Co-  
 mitiorum Statuto luculentius confirmatur,  
 (pag. 295.) sub titulo: *Interregni Acta ap-  
 probantur.*

Omnia Acta, CONFOEDERATIONES,  
 Reservationes, Acta Judicialia, præteriti  
 INTERREGNI, in Regno Poloniæ, omni-  
 busque ejus Terris & Districtibus. . . boni Or-  
 dinis & Tranquillitatis publicæ servandæ  
 gratia . . . in toto, ita prout in se sunt, &  
 sonant, effectum habere & sortiri debent.  
 . . . Cumque CONFOEDERATIONES cum  
 Juribus & Libertatibus Publicis conveniant,  
 iisque nitantur, unusquisque iis obtempera-  
 to, neque iis quidquam adversum facere au-  
 deto.

§. II. Juramenti præstiti, atque enatæ  
 sibi exinde Obligationis Stephanus Rex ita

memor fuit, ut cum in Expeditione Dani-  
 tiscana essent, qui Templum Evangelico-  
 rum *Brodnicæ* affectarent, ipse regio animo  
 responderit: *Sinamus eos, habent Obligatio-  
 nem nostram, quam frangere nobis non licet:*  
 Alium vero dicentem, prout una *Lex* ita  
*una Fides in Polonia esse debet*, ita repressit  
*Rex sui Populorum, non Conscientiarum.* Id  
 ipsum inter alia plura patet e *Mandato* Regio  
 in eos, qui *Vilnæ* an. 1581. tumultum con-  
 tra Evangelicos excitaverant, digno quod  
 integrum hic legatur:

STEPHANUS D. G. Rex Poloniae,  
 &c. &c.

*Significamus Universis & Singulis &c.*

Capitaneo Lidenſi, Præfecto & Vicario Vil-  
 neni, Domino Joanni Abrahamovicio &c.  
 Detulerunt nobis in notitiam Generoſi  
 Conſilarii M. D. Lith. in præſenti expeditio-  
 ne bellica apud Nos agentes, Religioni  
 Evangelicæ addicti, non ita pridem enor-  
 mem tumultum in urbe Noſtra Vilnenſi fa-  
 ctum eſſe ab his, qui fidem Romano-Ca-  
 tholicam profitentur, contra homines &  
 Miniſtros Evangelicos utriusque Confeſſio-  
 nis. Primum quidem, quod ex mandato  
 Rev. Episcopi Vilnenſis Libri Doctrinæ  
 Evangelicorum Typographo violenter  
 ablati, & ad Aedem D. Johannis exuſti ſunt:  
 Tum

Tum quod Cadavera mortuorum, ad lo-  
 cum sepulturæ suæ, per plateam, præser-  
 tim juxta Templum S. Johannis deferre, &  
 Cantu Deductiones funerum cohonestare  
 Catholici prohibeant, procedentes in fune-  
 re probris afficiant & clamoribus contume-  
 liosis laceffant, ac si instinctu Cleri Catholici  
 id fieret: Insuper, redeuntes à funere Mini-  
 stros duos, Studiosi e Schola D. Johannis  
 Templo contigua, & otiosa quædam plebe-  
 cula, vix non lapidibus obruerint in platea;  
 minantes etiam violentam Templorum  
 Evangelicorum vastationem ac everfio-  
 nem. Cuncta hæc ab una parte audientes,  
 alteri quoque aurem reservamus: Quod si  
 vero res ita se haberent, non sine summa in-  
 dignatione id ipsum acciperemus, probè  
 considerantes quod quibuscunque in terris  
 & Regnis, Religio vi, igne ac ferro, non  
 vero Doctrina bonisque Moribus propaga-  
 tur, sanguinis horrenda effusio, intestina-  
 rumque calamitatum pestis subsequatur;  
 quod tantum abest, ut (quod Deus prohi-  
 beat) commune incendium hinc erumpens,  
 læti intueamur, ut ne inter privatos quidem  
 æstus ejusmodi æqua mente tolerare nobis  
 placeat: quippe qui occurrere potius malis  
 ejusmodi præoptamus, &, sicuti commoda  
 atque incrementa Regni Poloniae & magni  
 Ducatus Lituaniae terrarum à Deo nobis  
 commissarum, summa cura & Salutis Nostræ

„contra vim hostium impendio procuramus,  
 „ita ex animo optamus, ut omnes Cives ac In-  
 „colæ Nostri, cujuscunque fuerint conditio-  
 „nis, unum verum Deum colentes, unam  
 „quoque antiquam Catholicam Fidem profi-  
 „terentur: Quia verò Deus prædixit fore, ut  
 „in extrema mundi ætate necessario futura  
 „sint scandala atque hæreses, proinde nemi-  
 „nem cogi ad fidem sustinemus, sed *tenore*  
 „*Juramenti* à nobis omnibus Ordinibus Regni  
 „Pol. & M. D. L. in Coronatione Nostra feli-  
 „citer præstiti, *de Pace inter Dissidentes de Re-*  
 „*ligione tuenda & manu tenenda*, hanc datæ fi-  
 „dei obligationem, semper ante oculos ha-  
 „bemus, Conscientiam uniuscujusque judi-  
 „cio Summi Dei committentes; & non so-  
 „lum vi officii nostri ad tuendam pacem in  
 „Religione Nobis ab omnibus Ordinibus in-  
 „clyti Regni commissi, sed & vigore antiquæ  
 „Consuetudinis in hoc Regno, Dissidentes in  
 „Religione toleramus ac tuemur.  
 „Vobis igitur mandamus, ut simul ac Lite-  
 „ræ hæ nostræ traditæ fuerint, publicè in Ur-  
 „bis Nostre Vilenensis foro ac plateis procla-  
 „mandum curetis; ut secundum modum ac  
 „ritum, ab antiquo in hæc usque tempora fe-  
 „licis Regni Nostri servatum, quietè omnes  
 „& singuli se gerant, nullamque tumultibus  
 „ansam præbeant. Quod si verò quis, pacem  
 „publicam turbando, contumaciter ac pro-  
 „tervè tumultus ejusmodi aut Seditiones ex-  
 „cita,

citaverit, eundem sicubi Jurisdictioni Vestrae subiaceat, vigore officii & muneris Vestri prehensum, ut detineatis, usque dum ea de re certiores facti fuerimus, simpliciter mandamus, & ne id secus fiat, sub violatae Gratiae Nostrae reatu injungimus. Ecastris ad Pskovam, die 26. Sept. 1581.

STEPHANUS REX, &c.

Scriptit: *Venceslaus Agrippa,*  
Notarius.

§. 12. Mortuo, an. 1586. 12. Dec. Stephano, secutum est INTERREGNUM. Quo tempore, d. 27. Decembr. Senatores & Nobilitas Palatinatum Cracoviensis, Sendomiriensis & Lublinensis Cracoviae congregat, CONFOEDERATIONEM sancire; qua & rigor Statuti Korcinenensis an. 1438. in Hæreticos (ita dictos) lati abrogatus esse declaratur, & Pax Dissidentium omnimode confirmata fuit, his verbis:

„Primo, Statutum an. 1438. in nova urbe Korcin sancitum, & an. 1572. renovatum . . . suo loco relinquimus; Excepto Articulo, qui novissima inter Dissidentes de Religione, Confoederatione, Henrici & Stephani Regum & Dominorum Nostrorum Juramento confirmata abrogatus est; quam Confoederationem, quandoquidem ipsa pacem & amorem fraternum jubet, in robore suo juxta suam continentiam, in toto

„relinquimus. Voi. Constit. pag. 399.  
„400.

§. 13. Eadem Confœderatio in Instrumen-  
to KAPTUR dicto, luculentius idem fir-  
mat:

„Spondemus etiam, & mutuo constituimus  
„Pacem & Amorem fraternum, ne Diffidiis,  
„Obtrectationibus, Jurgiis, Scissionibus ul-  
„lis locus sit, atque universi in pace Deum  
„colant. Quod ipsum quia etiam Confœde-  
„ratio Dissidentium de Religione cavet, ideo  
„eam quoque juxta suam continentiam, in  
„suo plenissimo robore, integram & invio-  
„labilem relinquimus & approbamus, & mox:  
„Omnes istos hæctenus recensitos Articulos  
„spondemus, pro nobis & posteris nostris,  
„tam in parte, quam toto, constanter ob-  
„servare & custodire, sub Fide, Honore &  
„Conscientiis nostris. Quod si quis istis sese  
„opponere voluerit, Pacemque & Ordinem  
„publicum turbare ausus fuerit; contra ta-  
„lem omnes consurgemus in ejus destru-  
„ctionem. *Volum. Constit. p. 404.*

Observatu vero dignum est, hoc in loco,  
Jurium hujus Confœderationis participes  
fieri, iisque gaudere juberi,  
„Omnes URBES, OPPIDA, cujuscunque  
„Status & Conditionis Homines, nullis ex-  
„clusis, decernendo, ut violatores eorum  
„Pœnis ibidem decretis succumbant. *pag.*  
„404. *med.*

Eorum qui Confoederationi huic magno numero subscribere agmen ducit *Petrus Myszkowski*, Episcopus Cracoviensis.

§. 14. Subsecuta est anno proximo 1587. d. 7. Martii, CONFOEDERATIO GENERALIS WARSAWIENSIS, in qua non tantum prior illa confirmata, verum etiam de eadem ab inquietorum hominum Attentatis vindicanda actum fuit, hisce verbis:

„Confoederationem inter Dissidentes de Re-  
 „ligione, Warsawiaë initam, & Juramen-  
 „tis Regum Dominorum Nostrorum con-  
 „firmatam, in præsentì Conventu, Pacis  
 „internæ conservandæ causa, inviolatam  
 „utraque ex parte conservamus. Et si quid  
 „ad ejus ulteriorem Confirmationem, Ex-  
 „cessuumque Emendationem, utrinque ne-  
 „cessarium ostensum fuerit, id in Comitibus Ele-  
 „ctionis proxime futuræ, ab omnibus Regni  
 „Ordinibus ut fiat, procurare tenebimur.  
 „Similiter, si quis eandem convellere volue-  
 „rit, talis quilibet iudicio ibidem sistetur,  
 „vel universorum Ordinum Spiritualium &  
 „Secularium, vel Deputandorum ab Ordi-  
 „nibus. *Const. p. 409.*

Subscripsit inter alios, *Laurentius Goslicki* Episcopus Cameniecensis.

§. 15. Mox in CONFOEDERATIONE Cracoviensi d. 9. Maji. 1587. cum Templum Evangelicorum Cracoviense per tumul-

tum eversum fuisset, ea violentia gravissima Censura notatur, & ne quid simile in posterum fiat, severe statuitur. Const. p. 419. 421.

„Nos Senatores Regni, & universa Nobilitas Palatinatus Cracoviensis . . . Cum tempore Conventus nostri praesentis, ab hominibus improbis & petulantibus, in Urbe Cracovia noxius Tumultus, & violenta Ecclesiae Dissidentium Everso patrata sit, obviando, ne periculum istud latius serperet, decernimus, ut ejus facinorosa plenaria Inquisitio fiat per Dominos (*novem hic primariae Dignitatis Commissarii constituuntur*) ut iidem Cracoviam congressi, proxima die Mercurii, cum Officiis ad eam rem pertinentibus, Inquisitionem certam & accuratam de Autoribus & Adjuutoribus istius violentiae faciant, istosque Seditiosos comprehensos, tuto Carcere claudicarent, ad Cognitionem Comitiorum futurae Electionis.

§. 16. Eodem tempore, die 8. Maji 1587. Palatinatus Sandomiriensis CONSULTATIONE priore, Confoederationem antiquam ratione *Articuli Dissidentium* expresse & plenissime confirmavit:

„Nos Senatores & Nobiles, qui huc ad *Pokrywnice* convenimus, probe gnari, Pacem & Concordiam non solum per se esse laudabilem, verum etiam Divina Benedictione

ctione cumulandam ; quandoquidem San-  
 ctis & Divinis verbis testari dignatus est :  
 Beatos esse Pacificos ; Porro præ oculis ha-  
 bentes quantum Diversitas Religionum pe-  
 riculi aliis Regnis creaverit ; idcirco pro-  
 videntes , ne in dilecta hac Patria nostra  
 res eodem delabatur , spondemus invicem ,  
 constanter nos observaturos Medium ab  
 ipso Numine eum in finem suppeditatum  
 nempe *Confæderationem in Causa Religionis*, ju-  
 ramento Regum Nostrorum , tam Henrici,  
 quam nuper pie defuncti , confirmatam.  
 Atque in futura Electione, prævia Sanctissi-  
 mi Nominis Divini Invocatione , cum uni-  
 versis D. D. Senatoribus , reliquisque Or-  
 dinibus operam dabimus , ut Consilia quam  
 firmissima & solidissima ineantur , quo san-  
 cta isthæ Concordia integra & intacta  
 æternis temporibus conservetur. In cujus  
 fidem Sigilla nostra apponimus , manuque  
 nostra subscribimus. *Const. pag. 423.*

CONSULTATIONE vero *posteriore* , in  
 Turbatores Cracovienses severe ani-  
 madvertit , similique in posterum Vio-  
 lentia obicem ponit :

„ Nos Senatores Regni , & Nobilitas Palati-  
 „ natus Sendomiriensis . . . cum durante  
 „ præsentis nostri Conventu nuncium ad nos  
 „ delatum sit , Confæderationi recens vim  
 „ illatam esse, Eversione Ecclesiæ Cracowien-  
 „ sis : hoc in passu Dominus Palatinus Cra-  
 „ cowi-

„cowiensis, tanquam is cui Respublica ille  
 „in loco Tranquillitatis publicæ Procuratio-  
 „nem commisit, hortandus est, ut officio suo  
 „diligenter defungatur. Istud vero facinus,  
 „cum merito universam Rempublicam tan-  
 „gat, quandoquidem de conservanda Pace  
 „Publica agitur, Juramentis Regum No-  
 „strorum firmata, spondemus, in proxima  
 „Electione nos omnes urgere velle, ut Au-  
 „ctor sceleris æque ac qui illud perpetra-  
 „runt, severe puniantur: utque huic rei ita  
 „in posterum prospiciatur, ne similis  
 „petulantia, civili, quod Deus avertat,  
 „Bello in Patria nostro occasionem præbeat,  
 „quandoquidem facta ejusmodi achristiana  
 „aliis Monarchiis ultimi fere exitii causa ex-  
 „stitere. *Constit. p. 424. 425.*

Et paulo post:

„Etiam *Confœderatio inter Dissidentes de Religio-*  
 „ne confirmata est; quam ad Securitatem  
 „Reipublicæ pertinere, si quæ aliis Regnis  
 „evenere, oculis subjiciamus, quis est qui  
 „non videat? quæ vero ratione hisce tem-  
 „poribus conservata fuerit, & ex qua Parte,  
 „ejus rei recentia existant Documenta.

§. 17. Subsecuta est ELECTIO SI-  
 GISMUNDI III. Varsaviæ, d. 19. Aug.  
 1587. simulque *Conventus Regni Generalis*,  
 duabus ante Coronationem hebdomadis  
*Wisliciam* indictus; quo in Conventu, qua  
 ratione Paci & Securitati Dissidentium E-  
 lectores

lectores prospiciendum decreverint, his verbis declarant:

Ego in Conventu, confirmando per omnia CONFOEDERATIONEM inter Dissidentes de Religione, spondemus invicem, Processum Judiciale & Executionem in Violatores ejus decernere, utrique parti servientem; spondemus pariter Emendationem Exorbitantiarum & Correcturam Jurium instituire, eamque ad futuram Coronationem deferre. Eaque omnia Electus Rex juramento confirmare tenebitur, ut quæ reliquis Conditionibus inferenda & Regi proponenda erunt. Constit. pag. 436.

§. 18. In Conventu Wisliciensis d. 5. Oct. 1587. id quod antea decreverant Regni Ordines, re ipsa exsecuti sunt, primam omnium DISSIDENTIUM curam habentes:

Nos Senatores & Ordines Regni, ut & Nobilitas omnium Regni Palatinatum, qui huc Wisliciam confluximus . . . universis & singulis Sc. . . Commisimus Delegatis nostris, ut hinc statim nulla interposita mora Cracoviam proficiscantur, & CONFOEDERATIONEM inter Dissidentes de Religione per omnia confirmando Processum Judiciale & Executionem in Violatores ejus instituant, utrique parti servientem; ibidemque ut unanimiter Correcturæ Jurium dent operam, ad ductum cum primis Consilii à Palatinatu Sendomiriensi in Electione exhibiti; quod quidem limabunt, prout ex usu fuerit Reipublicæ, ad Concordiam omnes ducendo. Const. pag. 438.

§. 19.

§. 19. In Coronatione Rex Sigismundus, Pacem Dissidentium sueta juramenti formula confirmavit :

Ego Sigismundus III. D. G. . . . spondeo ac sancte juro . . . . Quod omnia Jura, Libertates, Privilegia publica & privata . . . per Prædecessores meos datas, ab omnibusque Ordinibus tempore Interregni, statutas atque sancitas, mihi oblatas, tum Pacta atque Conditiones cum Oratoribus meis initas manu tenebo, observabo, custodiam, & tenebo in omnibus . . . Pacem quoque & Tranquillitatem inter Dissidentes de Religione tuebor, manu tenebo, nec ullo modo, vel Jurisdictione nostra, vel Officiorum nostrorum, & Statuum quorumvis autoritate, quemquam afficiam, opprimique causa Religionis permittam, nec ipse afficiam, nec opprimam, ac ea, quæ in Electione nostra Varsaviensi, ac deinceps in Conventione Generali ad Visliciam, tum & Cracoviae in Conventione Coronationis nostræ constituta sunt, & constituntur, manu tenebo iisque satisfaciam, . . . Et si, quod absit, in aliquibus Juramentum meum violavero; nullam mihi Incolæ Regni, omniumque dominorum uniuscujusque Gentis, obedientiam prestare debebunt &c. De verbo ad verbum, uti supra §. 6. Const. p. 446. 447.

Ea de re ipse Rex in DENUNCIATIONE CORONATIONIS, Literis publicis die 30. Januar. 1588.

Jusjurandum, verbis conceptis, juxta exhibitam Nobis formam de servandis ac manu tenendis omnibus

bus Libertatibus, Prærogativis, tam Ecclesiasticis quam secularibus, tam publicis quam privatis, tum etiam Juribus, Legibus, Statutis, Consuetudinibus &c. præstitimus, ac ea omnia Diplomate etiam nostro (cujus exempla quoquo versus transmitti mandavimus) confirmavimus. Const. p. 455.

§. 20. Porro in CONFIRMATIONE GENERALI Jurium, Rex, eadem qua Prædecessor sollicitudine, securitati DISSENTIENTIUM providit:

*Nos Sigismundus III. . . . Quod! verò supra hisce Literis, Privilegia, Libertates Ecclesiasticas cum cæteris confirmavimus, id nihil Articulo huic Juramenti derogare volumus, Quod videlicet Pacem & Tranquillitatem inter Dissidentes de Religione tuebimur, & manu tenebimus &c. quam inconcussè, firmiter, & inviolabiliter, ac cum effectu Nos observaturos, promittimus ac spondemus. Dantes insuper potestatem Cancellario, & Vice-Cancellario Regni, ut has Literas Confirmationis generalis Jurium . . . authenticè, sub Regni Sigillo, Ordinibus, Terris, ac Subditis nostris, qui eas requirunt, non expectato alio Mandato nostro, extradant. Constit. p. 449.*

§. 21. Inter PACTA CONVENTA autem, quæ Rex sollemnissimè confirmavit, hæc quoque extant:

*Confœderationem inter Dissidentes de Religione, non solum Juramento, uti à Serenissimis, Henrico & Stephano, Regibus Poloniae & Prædecessoribus suis factum est, conservabit; verum etiam Pro-*  
cessurus

cessum & Executionem, utrique parti servientem, contra Violatores ejus oblatam, sub Juramento observabit. Et ut ab Ordinibus Regni quam primum instituatur, sedulo curabit. Item: Jura omnia, Libertates, Immunitates, Privilegia, Statuta Regni, & speciatim Articulos in Coronatione Henrici Regis sancitos: tum quacunque ad Correctionem Libertatum Jurium pertinentia, ejus Majestati in Coronatione exhibebuntur, manutenebit, ac firmiter observabit & adimplebit. Constit. p. 453.

§. 22. In Constitutionibus Comitiorum Coronationis, Recessus Wislicensis, qui antiquam inter Dissidentes CONFOEDERATIONEM efficacissimè confirmaverat, non tantum approbatur, sed & (quod probè notandum) inter LEGES REGNI disertis verbis connumeratur:

... Speciatim, Recessum in magno & generali ad Wisliciam Conventu conditum, & à nobis INTER alias REGNI LEGES jurejurando firmatum, quem etiam vigore presentis Conventus approbamus. Constit. p. 472.

§. 23. Ac ne quid omnino Securitati Dissidentium deesset, Rex etiam in RECESSU COMITIORUM CORONATIONIS Paci ipsorum sollicitè cautum voluit, his verbis:

"Quemadmodum Confederationem, & in  
"ea Pacem inter Dissidentes in Religione Christiana  
"primum Olivæ, deinde hic in Coronatione  
"nostra, manu tenere & tueri jurejurando  
pro.

promissimus, ita eadem semper fuimus sumusque mente, ut Processus & Executio utrique Parti serviens, contra Violatores hujus Pacis sufficienter constitueretur. Neque verò per Nos stetit, quo minus ea res in præsens effectui data fuerit, verum per Dissidia hominum, quæ hoc tempore Regnum & M. D. Lituaniæ multifariam afficiunt, ut quæ hac de re fuerant constituta, quibusdam displicerent; quapropter Negotia isthæc ad Comitata proximè futura, autoritate præsentis Conventus, proferendo, spondemus: Nos secundum obligationem, quam juxta Pacta cum Corona Poloniæ inita & jure jurando firmata, in Nos recepimus, apud Ordines Regni id diligenter procuraturos, auctoritatemque nostram interposituros esse, quatenus Processus iste & Executio, utrique parti serviens, quæ omnes Excessus, Pacis inter Dissidentes in Religione Christiana Conservationem quocunque modo perturbantes, sive ante Coronationem nostram impetrati fuerint, sive post eandem, severè compescantur atque puniantur. *Constit. p. 490. 491.*

§. 24. Et quia TRIBUNAL REGNI hanc Dissidentium Pacem Decretis quibusdam turbare præsumebat, Cautum est ei in Comitibus, an. 1627.

Quoniam Tribunali nulla data est Potestas Legum condendarum, sed solummodo secundum  
 Class, VIII, Fasc. II. Q cur:

„cundum Leges à Republica latas judicare te-  
 „netur, proinde Causas in Volumine Legum  
 „non descriptas, neque ad judicandum ad-  
 „mittere, neque pœnas irrogare, neque iis-  
 „dem quenquam aggravare debet, præter  
 „quam ex Lege publica fuerint determinatæ.  
 „Et sicubi ejusmodi Sententiæ latæ, ve ea-  
 „rum Clausulæ, deprehendantur, *quæ vim*  
 „*Legis sapiant*, vel Pacem publicam turbent,  
 „prout quædam Additamenta in nonnullis  
 „Decretis novissimi Tribunalis Lublinensis id  
 „continent, iisdem nemo urgeri debet, imo  
 „Decreta talia Nullitati subsunto. *Constit.*  
 „*Comit. p. 9.* Odekretach Tribunaliskich.

Salutaris istius Legis Effectus cum pri-  
 mis conspiciendum se præbuit in Ge-  
 neroso *Samuele Bolestraszyki*, qui cum  
 an. 1627. ex ratione Religionis Evan-  
 gelicæ, ab Episcopo Promysliensi De-  
 creto aggravatus ejusque occasione  
 variè vexatus fuisset, tandem post 22.  
 annos, cassatis Infamiis & Bannifatio-  
 nibus, in ipsis Comitibus Coronationis  
 Joh. Casimiri an. 1649. ad pristinum  
 honoris statum restitutus est. vid. dict.  
*Comit. Constit. p. 19. 20. Restitutia*  
*Urodzonego Sam. Bol.*

§. 25. Cumque indies auferentur, qui  
 Dissidentibus graves esse voluptati sibi du-  
 cerent, eorum Petulantiam Comitibus War-  
 sawiensibus

ſawienſia an. 1631. ſequenti Conſtitutione,  
coërcuere:

„Quoniam ſub prætextu Religionis Catholi-  
cæ à licentioſis hominibus, in Terris no-  
ſtris, varii Tumultus & Violentiæ excitantur,  
unde fit, ut Pax publica ſcindatur, &  
plurima Incommoda inde enaſcantur. Nos  
igitur publicam Securitatem & Pacem in Re-  
gno noſtro conſervare, licentiamque ejus-  
modi coërcere volentes, contra omnes qui-  
cunque tumultibus & licentioſa petulantia  
publicam Securitatem violare auſi fuerint,  
forum coram Tribunali, inter Cauſas recen-  
tis Criminis ſtatuiſmus, & ut Pœnis contra  
Violatores Pacis publicæ ſancitis puniantur,  
decernimus. *vid. dict. Comit. Conſtit. p. 18.*  
Zatrymanie Pokoju.

§. 16. Poſt obitum Sigismundi III. tempo-  
re INTERREGNI in Conſœderationis  
Cracowiensis Inſtrumento, KAPTUR dicto,  
Juribus Evangelicorum hunc in modum  
proſpectum fuit:

„Vinculum inter nos ratione Diſſidentium  
in Religione factum, inuolabiliter in omni-  
bus Articulis, Punctis, & Clauſulis, ſecun-  
dum antiquum Legum tenorem, ſervare  
ſanctè promittimus. Et ſi quis quacun-  
que ratione Unionem hanc ſcindere præſumſe-  
rit, juxta Obligationes ſuperius nominatas  
adverſus eum præcedere tenebimur. *Ka-  
ptur. A. 4. in ſin. pag.*

Quæ Confoederatio Particularis mox in  
*Generali Varsaviensi* laudata & appro-  
 bata , atque Actis Castrensibus Cra-  
 coviensibus inserta fuit. Vid. *Constit. post*  
*Confœd. General. & Laudum Proszowskie*, A.  
 1. quæ incipit : *Generosi Nicolaus Korycinski*  
*&c.*

§. 27. Exceptit hanc CONFOEDERA-  
 TIO GENERALIS OMNIUM ORDI-  
 NUM REGNI , & M. D. LITH. die 16.  
 Julii; in qua , sequentia in securitatem  
 Pacis Dissidentium statuta leguntur;

„Nos Senatores Regni Poloniae, & M. D.  
 „Lituaniae, nec non Dominiorum huc per-  
 „tinentium, Spirituales & Seculares, Nun-  
 „cii Terrestres, & reliqui omnes Ordines  
 „unius & indivisae Reipublicae. . . . Ratum  
 „& firmum esto, ut futurus Rex Jura omnia,  
 „Privilegia & Libertates, quæ in præsens  
 „sunt, & quas post Electionem ipsi offere-  
 „mus, prius Juramento confirmet, juxta  
 „tenorem Juramenti Regum Poloniae, Hen-  
 „rici, Stephani, & recens defuncti Sigis-  
 „mundi III. in Coronatione, Regno & M.  
 „D. Lituaniae ab ipsis præstiti, quod ipsum  
 „postquam præstiterit, Constitutionibus  
 „Comitiorum idem confirmare tenebitur.

„Cumque in memoratis Juribus & Liber-  
 „tatibus Nostris *multum exorbitatum* sit, id  
 „invicem spondemus sancteque promitti-  
 „mus, in proximis Electionis Comitibus ad  
 pro

proponendos Candidatos, nedum ad nominandum Regem, nos non esse accessuros, prius quam universa Vulnera Reipublicæ utriusque Gentis, Excessus, Exorbitantia & Gravamina . . . sublata, in debitum statum reducta, iisque in posterum occurrendi Media adinventata fuerint.

Insuper, ne Pax publica ulla de causa turbetur, cavemus hoc *Dissentibus in Religione Christiana*, quod *Pacem omnimodam* invicem, Nos & Posteris Nostri, sub Fide, Honore & Conscientiis Nostri conservabimus; propter ejusmodi in Religione Dissidentias Sanguinem non effundemus, neque ob eandem litem alicui movebimus, neque Confiscatione Bonorum, Infamia, Carceribus, & Exilio, aut quibuscunque aliis pœnis invicem animadvertemus, neque ulli Magistratui aut Officio ea in auxilio erimus. Imo vero, si quis ex ista causa Sanguinem effundere, aut dicta Pacta violenter rumpere, aut pœnas superius recensitas extendere præsumat, omnes ea propter in defensionem insurgere tenebimur, etiam si quis sub prætextu alicujus Decreti aut Processus Forensis id agere sustineat.

Præterea cavemus, ne Decreta Tribunalitia Reipublicæ *M. D. Lituanie*, quæ vim Legis habent, contra *Securitatem & Pacem Dissidentium* lata, in quocunque Officio, ad Executionem deducantur,

§

prou

prout Constitutione an. 1627. expresse cautum habemus. Et sic ubi contra hanc Constitutionem Decreta aliqua aut Protestationes factæ fuerint, ea in quocunque Judicio nullius esse valoris declaramus. Similiter, Mandata omnia Pacem inter Dissidentes turbantia, ex Cancellaria vivente Rege extradita, nullius ponderis estimabuntur, neque in posterum extradentur.

„In URBIBUS REGIIS, ubi in præsentibus  
 „Dissidentes in Ecclesiis à se erectis publico  
 „gaudent Religionis Exercitio, eodem in  
 „posterum quoque, perinde ac nunc gau-  
 „dere & uti poterunt. Ubi vero Ecclesias  
 „in præsentibus ad eum usum erectas non ha-  
 „bent, eas ad evitandos tumultus, ibidem  
 „erigere non debebunt. Privatim tamen  
 „unicuique privato Incolæ, & peregre veni-  
 „enti, Devotionibus sacris tuto operam da-  
 „re, integrum erit.

„Quantumvis Constitutio Anni 1631. con-  
 „tra Violatores Securitatis publicæ, satis ri-  
 „gorose lata fuerit; declaramus tamen, quod  
 „in posterum ejusmodi Causæ violatæ Se-  
 „curitatis Dissidentium à quacunque Perso-  
 „na, cujusvis Conditionis, non inter Cau-  
 „sas Terminorum tactorum, sed Feria Heb-  
 „domadis quinta, ex speciali Registro inter  
 „Causas recentium Criminum, judicari de-  
 „beant. Excepto, si forte Persona mere  
 „Spiritualis in Crimine deprehensa fuerit,  
 „tum delinquens Officio Spirituali tradi, &  
 „ibi.

ibidem prævia Inquisitione judicari debet.  
 „Ministri quoque in Religione Dissidentium, si à  
 „quopiam quacunque de causa citati fuerint,  
 „non habent Forum nisi in Officio Seculari  
 „competenti, ratione quarumvis rerum &  
 „injuriarum. Et in causis ex ipsorum Actora-  
 „tu, forum citati competens sequi, ibique  
 „jus suum obtinere debent. Et circa fi-  
 „nem:

„Cuncta hæc superius recensita constan-  
 „ter servare, eaque manu tenere, pro No-  
 „bis & Posteris Nostris, sub fide, Honore,  
 „& Conscientiis nostris promittimus. Qui-  
 „cunque vero his contravenire, & Pacem  
 „superius toties nominatam Ordinemque  
 „Publicum turbare voluerit, contra talem  
 „omnes consurgemus in ejus destructionem  
 „&c. *Confœd. Gen. p. A. 1. A. 2. B. 4. fin.*

§. 28. Subscripserunt Archiepiscopus, Epi-  
 scopi, Senatores & Nuncii Terrestres plurimi,  
 Confœderationem in omnibus appro-  
 bando; nisi quod Episcopi cum aliquot  
 Secularibus Catholicis, hic *prima vice* sub-  
 scriptionibus suis adjecerint hæc verba:

*Salvis Juribus Ecclesie Romanæ.*

Quod vero isthæc Exceptio, Securitati  
 Dissidentium Legibus publicis firmatæ nihil  
 derogat, vel derogare possit, & hoc ipso an-  
 no, in ELECTIONE Regis WLADISLAI  
 IV. & in secutis Electionibus, ipsis PA-

ETIS CONVENTIS explicatum & declaratum fuit, his verbis:

„Et quandoquidem in hoc Illustri Regno  
 „Gentis Polonicæ, Lituanicæ, Russicæ &c.  
 „non pauci reperiuntur Dissidentes in Reli-  
 „gione Christiana, præcavendo, exemplo  
 „Antecessorum Nostrorum, ne Seditio-  
 „nes aliqua aut Tumultus, occasione Religio-  
 „nis oriantur, cautum est novissima Con-  
 „fœderatione Varsaviensi Generali, ut in  
 „Causa Religionis Christianæ, Pax inter  
 „Dissidentes de Religione conservetur; quam  
 „nos inviolabiliter servare in perpetuum  
 „promittimus, non obstantibus, quibus-  
 „cunque Protestationibus, contra hanc  
 „Confœderationem, post Convoca-  
 „tionem factis, Salvis Juribus Eccle-  
 „siæ Catholicæ Romanæ; Integra NI-  
 „HILOMINUS, in omnibus Dissidentium  
 „de Religione Christiana, Pace & Secu-  
 „ritate, quemadmodum in Convocatione  
 „Varsaviensi novissime habita, Confœde-  
 „ratione Generali descriptum & cautum  
 „est.

Imo vero, quia ipsimet Coronandi Re-  
 ges, OMNIA OMNIUM Regnicolarum  
 Jura GENERALITER confirmare soli-  
 ti sunt (qua Generali Confirmatione  
 ipsa quoque Ecclesiæ ROMANÆ Jura,  
 comprehensa & SALVA esse intelliguntur);  
 qua-

qualiter tamen ejusmodi alieni Juris SAL-  
 VATIO, Juri Dissidentium minime præ-  
 judicaret, ipsimet illi Coronandi Reges  
 authentice declaraverunt, verbis, quæ  
 supra è CONFIRMATIONE GENERA-  
 LI STEPHANI R. Quod vero supra Sc.  
 (§. 8.) & è CONFIRMATIONE SIGIS-  
 MUNDI III. Quod vero supra Sc. (§. 20.)  
 adducta sunt, hic autem relegi merentur.  
 Eandem Formulam genuine explicavit  
 tum Rex ipse Job. Casimirus, tum Archi-  
 Episcopus Gnesnensis, cum reliquis Epi-  
 scopis, & Mareschallus Nunciorum Ter-  
 restrium, in Assurationibus, DD. Dissi-  
 dentibus datis an. 1650. à medio usque ad  
 finem, quas vide infr. §. 39; itemque  
*Pacta Olivenfis* ubi de Religione agunt, quem  
 articulum excerptum vide infr. §. 43.

Et ne qua homines malevoli verba  
 prædicta in alium quam qui Lege publica  
 expositus est, sensum, omnino detorquere  
 possent, idcirco in Confœderationibus  
 subsequentibus, ubi Romano-Catholici  
 subscribebant: *Salvis Juribus Romano-Ca-  
 tholicæ Ecclesiæ; ibi Evangelici pari Libertatis  
 prærogativa, non dubitabant subscribere:  
 Ita salva sint Jura Ecclesiæ Romano-Catholicæ,  
 ut illesa maneant Jura & Leges Regni, tum  
 & liberum Religionis Dissidentium Exercitium:  
 Item: Salvis per omnia Juribus Dissidentium  
 in Religione Christiana, non obstantibus ullis Pro-*

testationibus & Exceptionibus. Item : In quantum Securitas & Liberum Exerctium Dissidentium Ecclesie non violabitur &c. Græcis vero sacris addicti , subscribebant : Salvis Juribus veteris Ecclesie Ritus Græci. Item : Salvis Juribus Ecclesie Orientalis &c.

§. 29. Ipse vero tunc Electus Rex *Wladislaus IV.* legitimum verborum sæpius memoratum sensum luculenter porro illustravit, Juramento super Pacta Conventa *Warsaviæ* præstito :

„Ego *Wladislaus* . . juro . . quod Pacta Conventa , per Oratores meos cum amplissimis *Poloniæ & M. D. Lituaniæ* Ordinibus , & in Electione nostra transacta . . . in omnibus eorum Articulis , Punctis , Clausulis , Conditionibus ; ita (NB.) ut nec Specialitas Generalitati , nec Generalitas Specialitati deroget , servabo , manu tenebo , & adimplebo : atque ea omnia , iterato etiam ; in solenni nostra Coronatione Juramento , confirmabo. Sic me Deus &c. *Porzadek Elekcii p. 20.*

& in Juramento Coronationis d. 6. Febr. 1633. cujus idem per omnia tenor est, qui Juramenti *Henrici , Stephani , Sigismundi III.*

„Ego *Wladislaus* . . omnia Jura , Libertates , Immunitates , Privilegia publica & privata . . . per Reges ( etiam ) *Henri-*

„cum, Stephanum, Sigismundum III . . .  
 „datas, ab omnibusque Ordinibus tempore  
 „Interregni statutas, atque sancitas, mihi  
 „oblatas, tum Pacta Conventa . . . manu  
 „tenebo, observabo, custodiam, & adim-  
 „plebo, in omnibus Conditionibus, Articulis  
 „& Punctis, in eisdem expressis. Pacem  
 „quoque & Tranquillitatem inter Dissi-  
 „dentes de Religione Christiana tuebor, manu  
 „tenebo: nec ullo modo, vel Jurisdictione  
 „nostra, vel Officiorum nostrorum, &  
 „Statuum quorumvis autoritate, quemquam  
 „affici, opprimique, causa Religionis per-  
 „mittam, nec ipse afficiam, nec opprimam  
 „. . . Et si, quod absit, in aliquibus Jura-  
 „mentum meum violavero, nullam mihi  
 „Incolæ Regni obedientiam &c. &c. *Denun-  
 „ciatio Reg. Cor. p. 4. 5.*

§. 30. Sic in CONFIRMATIONE  
 GENERALI JURIORUM Wladislaus Rex,  
 juxta Exemplum Prædecessorum, pro-  
 mittit manu tenere:

„Omnia Jura, Leges, Statuta . . . no-  
 „minatim autem Libertates & Leges in Con-  
 „ventu Electionis *Henrici Regis*, ac in *Conven-  
 „tu Andreoviensi*, & Coronatione Regis *Ste-  
 „phani* . . . & Constitutiones in Coronatio-  
 „ne Serenissimi, divæ memoriæ, *Sigismundi*  
 „*III.* laudatas . . . ita tamen, ut nec Speciali-  
 „tas Generalitati, nec Generalitas Speciali-  
 „tati deroget. *ibid. p. 2.*

& in Comitibus Coronationis, prima Constitutione;

„Omnia præteriti Interregni Acta, CON-  
FOEDERATIONES, Reservationes &c.  
„approbantur. *ibid.*

§. 31. Cum vero his omnibus non obstantibus, Evangelici nihilominus premerentur, maximè per turbulentos Parochos ad Judicia temere tracti, & Decretis Tribunalitiis aggravati; iidem remedium maiorum in Comitibus, quæ an. 1638. Rex Warfawie indixerat quærere statuerunt. Ibi, ne, periclitante tunc Republica, negotium Religionis Consilia publica turbaret, IV. primi Nominis Præsules Catholici, querulas Evangelicorum Voces solenni ASSECURATIONE demulserunt, mox Actis Castrensibus Warfawiensibus, Posnaniensibus & Wschowensibus, inferenda;

*Actum in Castro Wschowensi, Feria  
tertia post Dominicam Rogationum  
proxima, an. 1638.*

„Ad Officium Magnifici Domini Capitanei  
Terræ Wschowensis, & Acta præsentia  
„Castrensia Wschowensia, personaliter ve-  
„niens Generosus Johannes de Bukowiec  
„Slichtink, Judex Terrestris Wschowensis,  
„Nuncius Palatinatus Posnaniensis, obtulit  
„ad acticandum in acta officii præsentis Ca-  
„strensibus Wschowensibus Literas infra scriptas  
„Illu.

Illustrissimorum & Reverendissimorum in  
 Christo Patrum, Jacobi Zadzik, Episcopi  
 Cracowiensis, Ducis Siewierscensis, Mat-  
 thie Lubienski, Episcopi Cujawiensis & Po-  
 meraniæ, Andreae Szoldrski, Episcopi Pos-  
 naniensis, Stanislai Luwinski, Episcopi Plo-  
 censis, Sigillis tribus communitas, & mani-  
 bus ipsorum propriis subscriptas, quarum  
 ea est quæ sequitur, de verbo ad verbum  
 series:

Jacobus Zadzik, Dei Gratia Episcopus Craco-  
 wienſis, Dux Siewierscensis, Matthias Lubiens-  
 ki, Dei Gratia Episcopus Cujawienſis & Pomera-  
 niæ, Andreas Szoldrski, Dei Gratia Episcopus  
 Posnaniensis, Stanislaus Lubienski, Dei Gratia  
 Episcopus Plocensis. Notum facimus, quia Nos;  
 nolentes Pacem publicam in hac Patria nostra  
 ulla de causa turbari, ad ardentissimas à Dissi-  
 dentibus in Religione Christiana, presentibus Co-  
 mitiis ad Sacram Regiam Majestatem, & univer-  
 sam Rempublicam, delatas Instantias, ne istæ  
 Cause vel presentibus Comitibus, vel futuris, nego-  
 tium facessant. Promittimus, Nos Parochis &  
 Capellanis Nostris universis prohibituſ, & Pro-  
 cessu nostro iisdem denunciaturus esse, ne quis ipso-  
 rum, in causa Religionis audeat actionem inten-  
 tare Dissidentibus in Religione Christiana, nobis  
 seu Loci ordinariis inconsultis. Si vero tale quid  
 accidat, Dominationes ipsorum mature Loci Or-  
 dinariis id significabunt, ut tales compesci queant.  
 Ad hæc Epistola ad DD. Deputatos Tribunalitios  
 Spi-

„Spirituales scripta, ipsos monebimus, ne Causas  
 „hujusmodi judicent; Salvis Juribus Parochorum,  
 „quoad Obventiones Parochiales consuetas. Quam  
 „in rem, manibus propriis, additis etiam Sigillis  
 „nostris, subscribimus. Dat. Varsaviae in Comitibus  
 „Regni Generalibus Varsaviensibus, die 27. Apri-  
 „lis, an. 1638. Jacobus Zadzik, Episcopus  
 „Cracoviensis, manu propria. Matthias Lu-  
 „bienski, Episcopus Wladislaviensis & Pomeraniae;  
 „Andr. Szoldrski, Episcopus Posnaniensis, manu  
 „propria. Stanislaus Lubieski, Episc. Plocensis,  
 „manu propria. Locus Sigillorum trium.

(L. S.)

Ex Actis Castrensibus Wscho-  
 wensibus Extractum.

Correxit Kloffowski.

§. 32. Ipsa verò illa Comititia, TRI-  
 BUNAL, Evangelicis infestum, sequenti  
 Constitutione represserunt:  
 „Quamvis Legibus Regni publicis, impri-  
 „mis Constitutione anni 1627. plenariè cau-  
 „tum sit, ne Tribunal de ejusmodi Causis,  
 „quæ Legibus descriptæ non sunt, cognoscat,  
 „aut quemquam iisdem aggravet. Quia ta-  
 „men hoc in passu Legibus publicis non fit  
 „satis, præsentì Constitutione cavemus, ut  
 „Tribunal prædictas Leges omnino obser-  
 „vet. Si verò contra Constitutionem me-  
 „moratam, Decreta talia in posterum lata  
 „fue-

„fuerint, ea Nullitatis vitio subjacento, at-  
 „que ad Executionem minimè deducuntor.  
 „*Constit. Comit. 1638. pag. 14. O Dekretach*  
 „*Tribunalskich.*

§. 33. Post obitum Wladislai IV.  
 CONFOEDERATIO GENERALIS, à Se-  
 natoribus & Civibus Regni pro more inita  
 fuit Warsawixæ, mense Julio, 1648. ubi,  
*Emendatione Exorbitantiarum ad Electionem se-*  
*posita, ante Nominationem Regis suscipienda,*  
 ita Respublica Confoederata loquitur:  
 „Proinde, invicem fraternè condescenden-  
 „do, prout omnes Exorbitantias, ita illas  
 „quoque quæ Dissidentes in Religione Chri-  
 „stiana afficiunt, earumque Emendationem,  
 „ad felicem B. C. D. Electionem novi Regis  
 „proximè futuram, unanimi omnium Rei-  
 „publicæ Ordinum consensu, differimus pag.  
 „I. *Mox pag. 3. sequuntur prolixè ipsissima Verba*  
 „*Confoederationis Generalis anni 1632. quæ supra*  
 „*suo loco exhibita sunt. (§. 27.)* Insuper, ne pax  
 „publica ulla de causa turbetur, cavemus  
 „hoc Dissidentibus in Religione Christiana  
 „&c. *usque ad verba:* Et in Causis ex ipsorum  
 „actoratu, forum citati competens sequi,  
 „ibique Jus suum obtinere debent. *Cuncta*  
 „*illæ hic verbotenus iterantur, solummodo insertis*  
 „*duabus novis Clausulis; in medio, post verba:*  
 „Nullius esse valoris declaramus; *additur,*  
 „cui Causæ Forum in Comitibus Regni assigna-  
 „tur; *Et sub finem, post verba:* quarumvis re-  
 „rum

rum & injuriarum, additur, in magno autem Ducatu Lituaniae in Magna Rota. Denique istam Confederationem, mascula & memorabili Declaratione claudunt: Hanc Confederationem, in omnibus Punctis & Clausulis, pro LEGE AETERNA habere volumus, & cuncta superius descripta, spondemus, pro Nobis & Posteris nostris, constanter observare & manu tenere, sub Fide, Honore & Conscientiis Nostris. Si vero quis, piam istis contravenire, & Pacem superius in hac Confederatione descriptam Ordinemque publicum turbare voluerit, contra talem omnes consurgemus in ejus Destructionem. pag. 26.

§. 34. Cum verò Respublica, propositam tempore Interregni *Emendationem*, in Electione perficere non posset, eandem ad Coronationem distulit his verbis:

„Quandoquidem per angustias Temporis in praesentibus Electionis Comitibus fieri non potuit, ut juxta Confederationem novissimam, Exorbitantiarum materia tractaretur; proinde Exorbitantias omnes, illas etiam, quae Dissidentes in Religione Christiana afficiunt; earumque Emendationem, ad felicem B. C. D. Coronationem Regiam, unanimi omnium Ordinum Consensu, differimus. *Ordo Electionis pag. 8.*

§. 35. In PACTIS CONVENTIS vero Respublica & Securitati Evangelicorum

rum pro more cavit, & Formulæ illius noviter introductæ, *Salvis Juribus Ecclesie Romanae Catholice*, aciem iterato fregit, eo prorsus modo, quo an. 1632. idem factum fuerat :

„Et quandoquidem in hoc Illustri Regno  
„Gentis Poloniæ &c. *usque ad verba*: Con-  
„fœderatione Generali descriptum & cau-  
„tum est (*vid. supr. §. 28.*) *Ordo Elect.* p. 15.

§. 36. Secuti sunt tres Actus Solennes Electi Regis JOHANNIS CASIMIRI, nempe JURAMENTUM ejus SUPER PACTA CONVENTA; ejusdem JURAMENTUM IN CORONATIONE; itemque CONFIRMATIO GENERALIS JURIUM &c. quæ huc transcribere ideo supervacuum fuerit, quia ea cuncta ex iisdem Actibus p. m. Sigismundi III. an. 1632. de verbo ad verbum desumpta sunt, cumque illis, quod rem Religionis attinet, per omnes Syllabas & Apices conveniunt, ut adeo supra §§. 19. 20. videri queant.

§. 37. Verum enimvero cum promissa illa, & ab Electione ad Coronationem dilata *Exorbitantiarum Emendatio*, ne nunc quidem perfici posset, ei tamen ad proxima Comitia differendæ, peculiari RECESSU hunc in modum cautum fuit.

## R E C E S S U S.

„Cum propter certas easque graves Cau-  
 „sas, summum nempe in quo Respublica  
 „versatur periculum, praesentia felicitis Co-  
 „ronationis nostrae Comitia, intra tres se-  
 „ptimanas terminanda fuerint, proindeque  
 „negotium Exorbitantiarum & Postulata  
 „Palatinatum effectum haud potuerint for-  
 „tiri; idcirco omnia haec negotia utpote  
 „Religionem Graecam, & DISSIDENTIUM  
 „SECURITATEM, Honorum & Bonorum  
 „. . . omnesque in universum Exorbitan-  
 „tias, Postulata & Desideria Palatinatum,  
 „ad proxima Deo volente Comitia Regni  
 „Generalia differimus, fideles subditos no-  
 „stros reddendo certiores, Nos aequos eo-  
 „rum Desideriis, tunc pro viribus satisfa-  
 „cturos esse. *vid. Constit. illor. Comit. p. 20.*  
 „Recess.

§. 38. Subsecuta sunt Comitia Generalia  
 eodem anno 1649. d. 22. Novembr. Sed  
 quae iterum afflictis Dissidentium rebus  
 non nisi Spe & Promissis Solamen attu-  
 lere, Leges tunc constitutas hoc RECES-  
 SU claudentia:

## R E C E S S U S.

„Quandoquidem gravia Reipublicae Nego-  
 „tia, urgentesque Necessitates universa haec  
 „Comitia occupavere, eaque de causa EX-  
 „ORBI.

ORBITANTIÆ & Desideria Palatinatum  
 effectū suum sortiri nequeunt; idcirco omnia  
 hæc Negotia, utpote Religionem Græcam,  
 & DISSIDENTIUM Securitatem, Hono-  
 rum & Bonorum . . omnesque in univer-  
 sum Exorbitantias . . ad proxima Comi-  
 tia &c. *verbotenus prout in Recessu preceden-*  
*te. vid. Const. Comit. General. p. 20.*

§. 39. Toties Respublica publice professa est,  
 erga Dissidentes EXORBITATUM fuisse!  
 toties EMENDATIONEM pollicita! Sed ea  
 fuit Temporum illorum Calamitas, ut  
 quemadmodum aliquot prioribus, ita  
 mox quoque secutis anno 1650. Comitibus  
 nihil eam in rem proficeretur, verum  
 promissa illa anxieque sperata *Emendatio*  
 rursus ad proxima Comitia rejiceretur.

Fuit tamen in solatium Dissidentium to-  
 ties spe sua frustratorum ea singularis hic  
 adhibita Solennitas, ut ipse *Rex* peculiari  
 scripto, rursusque *Primas Regni* idemque  
 Archiepiscopus Gnesnensis, nomine reli-  
 quorum Episcoporum in Comitibus præsentium,  
 una cum *Mareschallo Nunciorum Terre-*  
*strium* scripto simili, Dissidentibus de Ju-  
 ribus suis, proxime ANTE OMNIA con-  
 firmandis, caverent; Scripta illa Origina-  
 lia, subscriptione manus Regiæ, &  
 Primatialis &c. confirmata, in Archivo  
 primum Cüstrinensi, diu custodita, nunc  
 Berolini servantur, Archivo Cüstrinensi

rursus inferenda. Apographa vero ejus  
reperiuntur, tam in Metrica Regni, quam  
in Tabulis publicis sive Voluminibus Ca-  
strensis Warsawiensibus, & Wschow-  
wensibus; unde Extractum Oblatæ est te-  
noris sequentis:

*Actum in Castro Wschowensi Feria post Fe-  
stam Sancti Martini Pontificis proxima, an-  
no Domini millesimo sexcentesimo sexage-  
simo quarto.*

*Ad Officium S acta presentia Castrensis  
Wschowensis personaliter veniens Magnificus Andre-  
as in Ossowosien Ossowski Capitaneus Wschowensis,  
obtulit eidem Officio ad Acticandum S in Acta pre-  
sentia ingrossandum Extractum Asssecurationis pro  
Parte Dissidentium in Regno S M. D. Lithuania,  
ex Actis Electoralibus Custrinensibus depromptum,  
tenoris talis: „Serenissimi Electoris Brandenburgici,  
„Magdeburgi, Prussia, Julia, Clivia, Montium,  
„Stetini, Pomerania, Cassubiorum, Vandalor-  
„rumque, nec non in Silesia Crosna, Carnoviaque  
„Ducis Sc. notum testatumque facimus, deposti-  
„tas esse nomine Evangelicorum Statuum Regni Po-  
„lonie, S M. D. Lithuania majoris Securitatis  
„causa ad Archivum Electorale duas in Comitibus  
„Reipublice Polonie Generalibus, anno 1650. no-  
„mine omnium Ordinum ditas, proprietarumque.  
„alteram Regie Majestatis Polonie S Suecia: al-  
„teram vero Primatis Regni, Nuntiorumque Ter-  
„restrium Mareschalci Manuum Subscriptionibus*

firmatas Asseruationes, eautumque à nobis ipsa-  
 met Autographa, quousque à prememoratis Sta-  
 tibus Regni repetita non fuerint, exactissime ser-  
 uatum, Exemplaue eorundem authentica ad  
 requisitionem cujuscunque extraditum iri. Est  
 autem eorundem tenor, qui sequitur: Asseruatio  
 Dominis Evangelicis data, quæ in futuris Comi-  
 tiis ANTE OMNIA approbari debet. Privile-  
 gia, Commissiones, Universalia, Mandata, &  
 Interdicta, Exercitium Liberum Religione Chri-  
 stiana tam in Bonis Nobilium, quam in Civitati-  
 bus & Oppidis, Confœderatione anni 1632. ex-  
 pressis (in quibus liberum Religionis Exercitium  
 eadem Confœderatione concessum est) tollentia,  
 aggravantia, vel impediencia, neque subscribe-  
 mus, neque ex Cancellariis nostris utriusque Gen-  
 tis extradi permittemus. Et si quando extradita  
 essent, pro nullis & cassatis habebimus. Actio-  
 nes omnes Dissidentibus intentatas, ratione  
 Religionis Christianæ ita judicabimus, ut Pax  
 Dissidentium in Religione & liberum eorum Re-  
 ligionis Exercitium inuiolata maneant. In Civi-  
 tatibus & Oppidis nostris, ad Jus Municipale,  
 & ad Magistratus homines Dissidentes in Reli-  
 gione Christiana ut admittantur, non impedi-  
 mus: neque eo nomine lata Interdicta ullum va-  
 lorem habebunt. Salvis Privilegiis Civitatum.  
 Et prout Constitutio anni 1622. Decreta omnia  
 in vim Legis lata Pacem Dissidentium, Liberum-  
 que Exercitium Religionis turbantia, pro nullis  
 irritisque declarat; ita & Nos eadem pro Cassa-

22tis semper habere nosmet obligamus, neque eo-  
 22rundem Executionem permittemus, neque contra-  
 22rias Interpretationes, cum Articulo Confœdera-  
 22tionis de Dissidentibus pugnantem concedemus, non  
 22obstantibus quibusvis Protestationibus in  
 22contrarium factis, vel faciendis. Juramentum  
 22quoque Regum, Henrici, Stephani, Sigismundi  
 22III., Wladislai IV., Pacta, Conventa, Pa-  
 22cemque Dissidentium confirmare promittimus, in-  
 22cludendo huic Paci sub antiquioribus post Augu-  
 22stum Confœderationibus, Pacem Dissidentibus in  
 22Religione Christiana confirmantibus, ejusdem Pacis  
 22participes fuerunt; Salvis Juribus Ecclesiæ  
 22Romano-Catholicæ, & Ducatus Masoviae,  
 22integra nihilominus in omnibus Dissiden-  
 22tium de Religione Christiana Pace & Se-  
 22curitate, ita prout in anterioribus Confœdera-  
 22tionibus, & in novissimo Actu Electionis descri-  
 22ptum & declaratum est. Actum Warsavie in  
 22Comitiis Generalibus die 6. Januarii 1650. JO-  
 22HANNES CASIMIRUS REX. Pacta, Do-  
 22minis Dissidentibus data, quæ in futuris Comitiis  
 22Generalibus sex septimanas duraturis, ante omnia  
 22debent approbari. Privilegia, Commissiones,  
 22(de verbo ad verbum consonat Scripto su-  
 22periori Regio usque ad finem ut non opus  
 22sit ea iterare.) Matthias Lubinski, Archi-  
 22episcopus Gnesnensis, suo, & DD. Episcoporum  
 22in Comitiis hisce presentium nomine. Boguslaus,  
 22Comes in Leszno, Generalis Majoris Poloniæ,  
 22Mareschallus Equestris Ordinis, Majoris Fidel  
 22evi-

Evidentiorisque Testimonii gratia Præsentes Sigillo  
 Electorali munitas nomine omnium Præsides  
 Director Collegii subscripsit. Dabantur in Arce  
 Electorali Cuſtrinensi, die 25. Nov. ſtyl. Jul.  
 1658. Locus Sigilli Electoralis. In absentia Do-  
 mini Cancellarii subscripsit Wolfgangus Erasmus  
 de Bornestedt. Quem quidem Extractum modo  
 premissis præinsertum, Officium præsens suscepit  
 Actis suis comotari fecit. Originale vero ei-  
 dem Magnifico offerenti restituit, de quo restituto  
 Officium præsens quietavit quietatque præsen-  
 tibus.

Ex Actis Castrenſibus Wſchowen-  
 ſibus Extractum.

Kloſſowski.

(L. S.)

§. 40. Quandoquidem Comitæ Generalia  
 ejusdem anni 1650. item anni 1652. nec  
 non an. 1653. binas intra Septimanas ter-  
 minata fuerunt, negotio Religionis locus  
 in illis non fuit. Comitæ vero anni 1654.  
 ad ſuetum ſex ſeptimanarum ſpatium pro-  
 ducta, quamvis quæ ſcriptis modo lau-  
 datis promiſſa fuerant, non præſtarent,  
 Spem tamen eorundem præſtandorum  
 publica Lege fecerunt, ſub titulo: *Sepo-  
 ſitio certi Scripti, ad proxima Comitæ.*

Prætentionem Diſſidentium in Religio-  
 ne Chriſtiana, ratione certi Scripti, quan-

„doquidem præsentibus Comitiiis, propter  
 „urgentissima Reipublicæ negotia, eidem  
 „satisfieri non potuit, ad proxima Comitiam  
 „seponimus. *Constit. p. 8.*

§. 41. Anno proximo coacta sunt War-  
 sawiam Comitiam Generalia, duas tantum  
 hebdomadas duratura, quibus spes, prio-  
 ribus facta, iisdem verbis iterata fuit:

*Sepositio certi Scripti ad proxima Comitiam.*  
 „Prætensionem Dissidentium in Religione  
 „Christiana ratione certi Scripti, quandoqui-  
 „dem præsentibus Comitiiis propter ur-  
 „gentissima Reipublicæ negotia eidem satis-  
 „fieri non potuit, ad proxima sex septima-  
 „rum Comitiam seponimus. *Constit. p. 2. fin.*

§. 42. Secuta ea sunt Anno 1658. d.  
 10. Julii, turbido Reipublicæ Statu, nec  
 rebus Religionis tractandis opportuno, re-  
 latus tamen inter Leges est, sequens eo-  
 rundem

## R E C E S S U S.

„Quandoquidem in præsentibus Comitiiis,  
 „omnibus Palatinatum Desideriis, EXOR-  
 „BITANTIIS &c. locus esse non potuit. Id-  
 „circo cuncta hæc ad proxima B.C.D. Comitiam  
 „seponimus, atque ut Exorbitantiis hisce &  
 „Desideriis satisfieri queat, Comitiam, sex  
 „septimanas duratura, Deo volente, anno  
 „proximo, ad summum intra Mensem Fe-  
 „bruarium, indicemus. *Constit. Comit. p. 70.*

§. 43.

§. 43. Inter has pro universo Regno  
Curas, in specie Paci Religiosæ Provin-  
ciæ PRUSSICÆ, occasione *Pactorum*  
tunc conclusorum, prospectum  
fuit.

### PACTA WELAVIENSIA

art. VIII. ita sonant.

„Serenissimus Rex Poloniæ, & Respubli-  
„ca, pro se, & Successoribus suis promit-  
„tunt, quod in Casu Devolutionis, nihil in  
„præjudicium tam Augustano-Lutheranæ,  
„quam Augustano-Reformatæ Religionis in-  
„novabunt, aut attentabunt.

### PACTA OLIVENSIA

art. II. §. 3. hoc modo.

„Civitatibus Prussiæ Regalis, quæ in Posses-  
„sione suæ Regiæ Majestatis Regniq; Sueciæ  
„hoc bello fuerunt, manebunt itidem omnia  
„Jura, Libertates & Privilegia, quibus sive in  
„Ecclesiasticis, sive in Profanis potitæ sunt  
„ante hoc Bellum, ( Salvo libero uti ante  
„Bellum viguit in prædictis Civitatibus Ca-  
„tholicæ & Evangelicæ Religionis exerci-  
„tio ); earumque Territoria, Magistratus,  
„Communitates, Cives, Incolas & Subdi-  
„tos, S. R. Majestas Poloniæ, eadem qua  
„olim Clementia & Gratia Regia in poste-  
„rum prosequetur, sovebit, & tuebitur.

§. 44. Novissimis tamen Comitibus, an. 1667. REX, datam olim primis suis Comitibus Dissidentibus ASSECURATIONEM, Lege publica firmavit:

„Scriptum quoddam certum, unum quidem manu nostra, alterum manu Reverendissimi Archiepiscopi Gnesnensis, & Generosi Mareschalli Nunciorum Terrestrium, Subscriptum, & Actis Metricæ Cancellariæ nostræ majoris, Regni, insertum, Lege præsentis, in toto approbamus. Constit. Comit. p. 4. sub tit. Approbatio Scripti Metricæ Cancellariæ nostræ majoris, Regni, inserti.

§. 45. Hactenus SECURITAS DISSIDENTIUM in Polonia, tot Regum Juramentis, tot Legibus Publicis firmata, Conniventia & promissæ Emendationis nimia Dilatione luxabatur, abhinc LIBERTATIS RESTRICTIONE violentius quassanda, ac demum infestarum Legum Sanctione convellenda.

Tristem ejus rei Epocham cum primis ab *Interregno* post Abdicationem *Johannis Casimiri* repetere licebit. Cum enim Confederationes hactenus omnes, simili Tenore Juribus Dissidentium cavissent, quæ post dictam Abdicationem an. 1668. facta est, non solum hunc de Dissidentibus Articulum (qui supra ad an. 1632. §. 27. & alibi videri potest) in nonnullis interpo-

la.

lavit, verum quoque in summum Libertatis Evangelicorum Præjudicium nova quædam eidem adjecit

Namque 1<sup>m</sup>.

Ubi antehac in Urbibus Regiis, Dissidentibus Ecclesiam publicam ibidem non habentibus, privatos intra Parietes, Devotionibus sacris operam dare tutum & integrum erat; Nunc hæc Libertas ita restricta est, ut, sub prætextu, Jurium Ducatus Masowix, quæ salva manere jubentur, Dominis Dissidentibus, peregre ad Conventus publicos atque Judicia advenientibus, vel in aula Regia morantibus, concedatur quidem Facultas Devotiones privatas peragendi, sed exclusis plebejorum Servitoribus, sine Conventiculis, sine Concionibus, sine Cantionibus. &c. *Confæd. Gener. p. 5.*

2<sup>do</sup>.

Ubi præcedentes Confœderationes omnes & singulos, cujuscunque Conditionis homines, nullis, ne Judæis quidem exclusis, protegere promittunt; (vid. Volum. Const. p. 404. in med.) hæc præsens Confœderatio non solum *Arianos*, Lege publica proscriptos, sed etiam quosvis, Apostatas à Fide Catholico-Romana, & Unitorum (*Græcorum*) abhinc transeuntes, simpliciter excludit, & decernit, ut Apostasiæ

statiæ abhinc convicti, in foro fori exilio  
 spectantur. *ib. p. 6.*

Quorum utrumque cum per se grave es-  
 set, abusu autem & odiosæ Legis laxissi-  
 ma Extensione, longo fieret gravissi-  
 mum; nihilominus Vulnus hac Confœ-  
 deratione Rei Evangelicæ inflictum, quæ  
 eam post obitum Michaëlis & Johannis  
 III. secutæ sunt, usque renovarunt. Hæc  
 ipsa tamen, & quæ his similia turbatis  
 temporibus irrepere, quoniam extra  
 mentem Reipublicæ, contra Leges &  
 Confœderationes antiquas sunt apposta,  
 ideo LEGI positivæ, ÆTERNÆ, tot Con-  
 fœderationibus & Regum Juramentis fir-  
 mata & stabilitæ, præjudiciosa esse non  
 possunt, quemadmodum etiam instantæ-  
 neè circa Subscriptiones plurimis Prote-  
 stationibus sunt restricta.

§. 46. Cæterum secuta est an. 1669.  
 Electio MICHAELIS Regis, ubi PACTA  
 CONVENTA, JURAMENTUM super  
 Pacta Conventa, ROTA JURAMENTI  
 in Coronatione præstiti, CONFIRMA-  
 TIO GENERALIS JURIORUM, & quæ præ-  
 terea huc pertinent, verbotenus illis con-  
 formia sunt, quæ in Electionibus HEN-  
 RICHI & succedentium Regum supra vidi-  
 mus, ut ea huc transcribere non sit opus.  
*Felices in Polonia Dissidentes, si Fides Publica  
 ipsis protegendis sufficeret!*

Mox tamen ægre ipsis fecere Comititia  
 sub.

subsecuta an. 1670. quibus novissimæ  
 Confœderationis Generalis Rigor in *Apostata*  
*tas* ( quos vocant ) iteratus fuit , his ver-  
 bis :

„Cumque Crimina in Divinam Majestatem  
 commissa celerem requirunt vindictam, ut-  
 „pote Arianismi , Sacrilegii Judaici, & cu-  
 „jusvis Apostasiæ : Idcirco tales Causæ quo-  
 „vis die & mense in iudicium evocari & ju-  
 „dicari debent, ante omnia. *Const. 16. p. 24.*

§. 47. Mortuo MICHAELE, anno 1673.

CONFŒDERATIO GENERALIS om-  
 nium Ordinum Reipublicæ inita fuit,  
 quæ & BONA & MALA DISSIDENTI-  
 UM communia habet cum illa anni 1668.  
 post Abdicationem Johannis Casimiri ini-  
 ta, ut de ea nihil hic ultra dici referat.

§. 48. Successit JOHANNES III. ubi rur-  
 sus PACTA CONVENTA JURAMEN-  
 TUM super, JURAMENTUM in Coro-  
 natione, CONFIRMATIO GENERALIS  
 JURIUM, præcedentibus ex asse respon-  
 dent. Quippe in PACTIS CONVEN-  
 TIS Formula ex præcedentibus reti-  
 netur:

„Ut sit Pax inter Dissidentes de Religione Chri-  
 „stiana, non obstantibus Protestationibus,  
 „Salvis Juribus Ecclesie Romano-Catholicæ.

Et in CONFIRMATIONE GENERALI  
 JURIUM, pag. 8. clarius & disertius quam  
 ab aliis Regibus factum fuerat ( vid. supra

§. 8. Johannes III. Securitati Dissidentium cavet, his verbis:

„Quod vero supra, hisce Literis, Privilegia, Libertates Ecclesiasticas, cum cæteris confirmaverimus, in Juramento nostro Ecclesias Catholicas Romanas nominaverimus, id nihil omnibus Ecclesiis Græcis, & Privilegiis earundem obesse debet; imo eadem in suo robore conservamus, nec non & Articulo Juramenti huic, ne unquam derogare volumus: Quod videlicet Pacem & Tranquillitatem inter Dissidentes de Religione tuebimur, & manu tenebimus, quem inconcusse, firmiter, ac inviolabiliter, & cum effectu Nos observaturos promittimus ac spondemus.

§. 49. Neque vero Rex piissimus juxta & Sapientissimus se vel Jurisjurandi immemorem, vel justæ Dissidentium Causæ (quantum in ipso fuit) minus faventem deprehendi passus est. Etenim, (ut unicum hoc exempli gratia adducatur) cum an. 1682. Templum Evangelicorum *Vilnense*, Lege publica & Decreto Regio munitum, à petulantibus Pacis Publicæ Turbatoribus, per tumultum eversum, Ædificia Parochialia solo æquata, Cadavera sepulchris ejecta, omnis supellex Templi, inque eo Deposita magni pretii direpta essent, Rex Commissarios de Causa cognituros constituit his verbis Rege dignis: „Pro-

„Proinde Nos non tantum vigore Juris  
 „Jurandi Regii, quo Pacem inter Dissidentes  
 „tueri tenemur, verū etiam per Pietatem Chri-  
 „stianam, quæ prout omnem Feritatem, ita  
 „multo magis Tyrannidem indignatur, Sin-  
 „ceritatibus & Fidelitatibus Vestris commit-  
 „timus, ut in eam rem inquiretis . . . reos  
 „adhibita etiam forti & armata manu com-  
 „prehendatis . . . . justitiam decisive &  
 „definitive administretis . . . . ea in quibus  
 „exorbitatum in orbitam reducatis, & se-  
 „cundum Jura, Privilegia & Decreta, uni-  
 „cuique Immunitatem præstetis . . . *Dab.*  
 „*Javorovia. A. D. 1682. Regni nostri IX.*

JOHANNES REX.

Cumque Commissarii, quos inter Re-  
 verendiss. Episcopus Vilmensis, & Supre-  
 mus Dux Exercitus Lith. Princeps Sapie-  
 ha erant, Violatoribus debitas Pœnas,  
 Templi vero, Scholæ, & Ædium Paro-  
 chialium Restitutionem decrevissent, Rex  
 istud eorum Decretum clementissime  
 ratihabuit. *Vilna die 22. April. A. D.*  
*1688.*

§. 50. Cumque occasione Legis in  
 Arianos renovatæ, Evangelici tanquam  
 Ariani coram Tribunalibus iniquissimè ve-  
 xarentur, huic malo (post Statutum anni  
 1678. pag. 24. Tit. O *Prokuratorach*.)  
 etiam in Comitibus an. 1685, Lege publica  
 obviatum fuit:

Quan-

„Quandoquidem ultra mentem Constitu-  
 „tionis anni 1658. aliarumque subsequentium,  
 „in *Seſſum Arianam* sancitarum; Et contra Na-  
 „turam Caſarum in Tribunalibus Regni, ad  
 „*Regiſtrum Arianismi*, homines diverſæ Con-  
 „ditionis dicta Hæreſi nullatenus inquinati,  
 „PER ABUSUM adſcitentur & judicentur:  
 „Idcirco malo huic occurrentes conſtitui-  
 „mus, ne ad hoc regiſtrum Perſonæ aliquæ  
 „trahantur in Cauſis quibusvis, præſertim  
 „Juris, Fundi, Adminiſtrationis Juſtitie, &  
 „aliis; Sed tantum, qui *Profeſſione merè ſunt*  
 „*Ariani, Apoſtaſie, Judaismi, Sacrilegii, Violentia*  
 „*& Obſanguinationis in Eccleſia vel Cœmeterio,*  
 „*rei, ac eorum Fautores & Complices:* & id qui-  
 „dem ſub pœna Evocationis Quingentarum  
 „Marcarum, & Nullitate Judicatorum &  
 „Condemnationum. *vid. Conſtit. an. 1685.*  
 „pag. 20. *ſub tit. Regiſtr. Aryanski.*

ſ. 51. Mortuo *Johanne III. glor. mem.*  
 ſecuta eſt anno 1696. CONFOEDERA-  
 TIO GENERALIS omnium Ordinum  
 Reipublicæ, quæ ut omnia alia, ſic quæ  
 Diſſidentes ſpectant, breviter eſt comple-  
 xa, à duabus præcedentibus haud ablu-  
 dens:

„Leges & Conſœderationes de Conſervan-  
 „da inter Diſſidentes in Religione firma Pa-  
 „ce latas, imprimis verò Conſœderationem  
 „*Warſawienſem* anni 1674. in toto reſſu-  
 „mimus; quæ dicta univerſa Diſſidentibus

inviolabiliter conservabimus, Salvo Jure &  
 Exceptis Ducatus Masowienſis, nec non  
 Religionis Græcæ, tam Unitæ quam Dis-  
 Unitæ, in Corona, & in M. D. Lituaniæ exi-  
 ſtentis: omnesque præteritorum Interre-  
 gnorum Confoederationes reſſumendo,  
 ſpondemus, quod circa Jura & Privilegia  
 eas tuebimur & conservabimus. *Arianis*  
 verò & APOSTATIS, nec non *Quakeris* &  
*Mennonistis* Confoederatio iſthæc præſidio  
 eſſe hæud debet.

ſ. 52. Electus dein eſt in Regem AU-  
 GUSTUS II. quo cum inſta PACTA  
 CONVENTA, quoad res Religionem  
 Evangelicam ſpectantes in Eſſentialibus  
 equidem cum Pactis Antecellorum con-  
 veniunt, in nonnullis tamen ab iis rece-  
 dunt; tenore ſequenti:

Quandoquidem in Illuſtri hac Corona Po-  
 lonicæ, Lituanicæ & Ruſſicæ Nationum,  
 Dominiorumque ad eas ſpectantium, non  
 pauci dantur Diſſidentes in Religione Chri-  
 ſtiana, caventes Antecellorum noſtrorum  
 exemplo, ne in poſterum Seditioes quæ-  
 piam aut Tumultus ex Occaſione Diſcordiæ  
 & Litium in Religione oriantur; id, quod  
 tam multis Confoederationibus Generali-  
 bus Warſawienſibus cautum eſt, nempe,  
 in cauſa Religionis Chriſtianæ Pacem inter  
 Diſſidentes in Religione Chriſtiana conſer-  
 vari debere, id Nos, in toto, æternis tem-

poribus præstabimus, & nos præstituros esse  
 spondemus, non obstantibus quibuscunque  
 Protestationibus, contra Confœderationes  
 istas factis, salvis per omnia Juribus Ecclesiæ  
 Catholicæ Romanæ, & Exceptis Juribus  
 Ducatus Masowia & Livonia; integra ma-  
 nente omnibus in Religione Christiana Dis-  
 sidentibus Pace & Securitate, ita prout ea-  
 res Legibus & Confœderationibus consti-  
 tuta & descripta est.

Hactenus Pacta præsentia sequuntur  
 Pacta Johannis III. Cum verò hic  
 Evangelici *Jus ad Dignitates Senatorias*  
 urgerent, sequens Clausula, Superio-  
 ribus immediatè cohærens, hic inserta  
 fuit :

In distribuendis vero Dignitatibus & Sellis  
 Senatoriis, nec non Capitaneatibus Judi-  
 cialibus, continuum usum & antiquam Pra-  
 xin à piæ memoriæ Johanne Casimiro, Mi-  
 chaële, Johanne III. Antecessoribus nostris  
 Regibus Polonia, sacrosanctè observatam,  
 Nos quoque punctualiter observare spon-  
 demus, exceptis *Mennonistis, Anabaptistis,*  
*Quakeris,* quibus Jura *Dissentibus in Religione*  
*Christiana* servientia, præsidio esse non de-  
 bent, imo verò omnes Leges & Statuta  
 contra Arianos lata, in hosce reassumi-  
 mus.

Clausula isthæc ambigua & anceps, prima  
 fronte Evangelicis favere, ipsisque ad Di-  
 gni-

gnitates Senatorias aditum pandere videtur, ab iisdem solos *Mennonistas, Anabaptistas & Quakeros* excipiens, quorum tamen nullus unquam tali Dignitate ornatus reperitur. Quia verò Regis hac in re Dispositio ad Praxin, (NB.) non *Sigismundi Augusti, Henrici, Stephani, Sigismundi III. Wladislai*, sub quibus Evangelici iis Dignitatibus gaudebant, verum novissimorum *Johannis Casimiri, Michaëlis, Johannis III.* sub quibus iisdem excludebantur; restringitur, ea Clausula utique in Præjudicium Evangelicorum conflata esse intelligitur.

§. 53. JURAMENTUM Augusti II. in Coronatione præstitum, cum Juramentis Antecessorum ita ad verbum convenit, ut ejus hic repetendi nulla sit necessitas.

§. 54. His hætenus allegatis, Coronidis loco addenda est ASSECURATIO, quam Ecclesiæ Romano-Catholicæ ex imio in Polonia Præsuli, Reverendissimo *Episcopo Posnaniensi* Justitia sua & Pietas novissimè expressit, quamque iis Dissidentibus in Religione dedit, non per turbas in Comitiiis (quod alias criminantur) extortas, sed libere, & quidem occasione eorum, quæ ex relatione *Magnarum Personarum Senatorii & Equestris Ordinis Illustrissimo Episcopo* innotuerant. Asscuratio isthæc, uti quidem ad Acta Castrensia Posnaniensia oblata,

oblata, & ibidem obfignata fuit, ita habet:

*Actum in Caftro Pofnaniensi, Feria Quinta in crastino Fefli SS. Petri & Pauli Apoftolorum:  
Anno Domini 1701.*

”Ad Officium & Acta praesentia Caftrenfia  
”Pofnaniensia personaliter veniens Magnif.  
”Boguslaus Unrug, Subdapiferides Pofna-  
”nienfis, Magnif. Georgii Unrug, Subdapi-  
”feri Pofnaniensfis &c. Filius, & Caftri praesentis Vice-Notarius, obtulit eidem Officio  
”ad acticandum & Actis hifce ingrossandum  
”Literas Illustriissimi & Reverendissimi Do-  
”mini, Domini Nicolai Stanislai in Swiecice  
”Swiecicki, Dei & Apostolicæ Sedis gratia  
”Episcopi Pofnaniensfis, infra scriptas, manu  
”& sigillo ejus pr priis subscriptas & obfignatas, pro parte Dissidentium in Religione in-  
”serviundo, sanas, salvas, & illæfas, omni-  
”que suspitionis nota, prout ex iis apparebat,  
”carentes, tenoris verborum fequentium:

”Nicolaus Stanislaus in Swiecice Swiecicki, D. G.  
”Episcopus Pofnaniensfis, Perillustribus & Reveren-  
”dissimis, Officiali Generali, Judici surrogato ac  
”Locum tenenti Officii nostri Consistorialis Pofna-  
”nienfis, Fratibus nostris observandissimis, salu-  
”tem in Domino. Ex relatione magnarum Perso-  
”narum Senatorii & Equestris Ordinis Majoris  
”Polonia accepimus, qualiter Rn. Parochi & alii

Rectores Ecclesiarum Diocesis nostrae Posnaniensis  
 diversos Nobiles, Terrigenas Regni, ac etiam In-  
 colas, Cives & Oppidanos in Religione Dissiden-  
 tes, partim ad Judicia Officii nostri Posnaniensis,  
 partim ad Judicia Tribunalis Regni, tum Castrensia  
 Capitanealia, pro diversis materiis, negotiis ac  
 causis Religionem involventibus, citant & evo-  
 cant, exindeque Pacem inter Catholicos & Dissi-  
 dentes Legibus Regni firmatam, turbant. Nos  
 igitur volentes omnes quascunque hinc inde exor-  
 tas Lites ac Præensiones, per nostram autorita-  
 tem sopire & concludere, Fraternitatibus Vestris  
 præcipiendum & inhibendum esse duximus, præci-  
 pimusque & mandamus, quatenus Fraternitates  
 Vestrae à Cognitione Causarum quarumcunque &  
 quacunque ratione & motu ad Officium nostrum  
 Consistoriale Posnaniense per quoscunque Parochos &  
 Beneficiatos Dioc. Posnaniensis Dissidentibus in Reli-  
 gione motarum & movendarum, supersedeant &  
 quilibet Fraternitatem Vestrarum supersedeat tanti-  
 sper, donec in Persona nostra ad Ecclesiam nostram Ca-  
 thedralem descenderimus & Deo dante venerimus.  
 Quapropter motu nostro proprio omnes causas &  
 actiones ad quaecunque subsellia Secularia & Spiri-  
 tualia per Clerum Dissidentibus institutas & inten-  
 tatas, in iisdem Judiciis pendentes, indecisas, ad  
 idem tempus supra præfixum suspendimus, & pro  
 suspensis declaramus. Requiringentes Fraternitates  
 vestras, quatenus presentem Voluntatem & Man-  
 datum nostrum omnibus illis, quorum interest, legiti-  
 me ad notitiam deduci curent. In quorum fidem

„dabantur *Warsaviae* in *Palatio* nostro, hac die,  
 „nona *Mensis Junii*, anno *Domini* 1701. *Nicolaus* *Episcopus* *Posnaniensis*, manu propria:  
*Locus Sigilli* ejusdem *Illustrissimi* *Episcopi* proprii.  
 Cujus quidem *Scripti Originale* idem offerens ad se vicissim accepit, & de recepto *Officium* praesens quietavit, quietatque praesentibus.

*Ex Actis Castrensibus Posnaniensibus Extractum.*

Ex haecenus deductis patet, esse *Dissidentibus* *Poloniae* sua *Jura*, dummodo *Jurium* *Vindex* esset atque *Assertor*.

Tantae ergo *Causae*, tamque *solidis* *fundamenti* *innixae*, *supremos* *Juris* *Justitiae*que *Auctores*, *Deum*, *Regem*, *Rempublicam*, *merito* *confidimus* *haud* *defuturos*.

APPENDIX.

De Ecclesiis *Reformatis*, in  
Regno POLONIAE & Magno  
Ducatu LITHUA-  
NIAE.

**I**N Majori Polonia, fuerunt olim Eccle-  
siae Reformatae LXIII. vid. Adriani *Re-*  
*genwolscii* (proprio nomine: Andreae  
WENGERSCII, Senioris Districtus  
Lublinensis & Chelmenensis, qui obiit  
Anno 1649. ætatis 49.) Systema Hi-  
storico - Chronologicum Ecclesiarum  
Sclavonicarum, pag. 111. & 112.  
nunc modo VIII.

1. In Urbe Lesnensi.
  2. In Oppido Skoki; reliquæ in Pagis, ut
  3. Meyersdorff und Käffel.
  4. Basswik.
  5. Orzeszkow.
  6. Waschite/ ubi communia Sacra cum Lu-  
theranis.
  7. Wola Potworowska.
  8. Zychlin.
- Iisdem Ecclesiis annumerantur:
9. Thoruniensis, in Prussia.
  10. Crokowienfis, in Pomerellia
  11. Garberowienfis } in Dynastia Lauen-
  12. Schwartowienfis } burgensi.
- S 4      In

In Minori Polonia, fuere olim Districtus V.  
 vid. Regenvolscius, pag. 123. 124. 133.  
 134. 136. 137. Nunc unus. Templam,  
 plus CXXX. confer. idem, pag. 92. 93.  
 Nunc vix VII. nempe.

- |                 |           |
|-----------------|-----------|
| 1. Belzyce      | } Oppida. |
| 2. Piaski       |           |
| 3. Laperynawola | } Pagi.   |
| 4. Nowytaniec   |           |
| 5. Siczkow      |           |
| 6. Tursko       |           |
| 7. Wielkonoc    |           |

In LITHUANIA, sunt adhuc Districtus VI.  
 vid. Regenvolscius, pag. 140. Ecclesie  
 olim erant CXLVI. (quas tamen Re-  
 genvolscius non recenset) nunc LI.

- |               |          |
|---------------|----------|
| 1. Bielica    | } Urbes. |
| 2. Birze      |          |
| 3. Kieyelany  |          |
| 4. Kopyl      |          |
| 5. Koyclanow  |          |
| 6. Lubecz     |          |
| 7. Orbe       |          |
| 8. Rosienie   |          |
| 9. Sidra      |          |
| 10. Stuck     |          |
| 11. Wegrow    |          |
| 12. Wilno     |          |
| 13. Wizuny    |          |
| 14. Zabtuclow |          |
| 15. Zuprany   |          |

- 16. Dubinki
- 17. Kietmy
- 18. Kopys
- 19. Nowe Miasto
- 20. Ortow
- 21. Sereie
- 22. Swiadosc

Oppida.

- 23. Boynarow
- 24. Dokudow
- 25. Popiel
- 26. Radziwiliszki
- 27. Sielec
- 28. Sotomiesc

Pagi in bonis Radziwili-  
lianis.

- 29. Dziewaltow
- 30. Gruzdzie
- 31. Jamne
- 32. Koscieniew
- 33. Moczulne
- 34. Monkiszki
- 35. Niepokuczyce
- 36. Nurzec
- 37. Ostaszyn
- 38. Promiez
- 39. Widuktow
- 40. Zarwy

Pagi in bonis Nobilium.

41. Greze
42. Krasnogoliscki
43. Lebedziew
44. Linkowiec
45. Ptoniany
46. Ponatyry
47. Pomusze
48. Szwabiszki
49. Szydtow
50. Szylany
51. Zeymele

Pagi Ecclesiastici.

*De Scholis.*

Majoris Poloniae, fuere VII. ex octo de quibus vid. Regenvolsc. p. 117. ex quibus solum Gymnasium *Lesnense* adhuc floret. Minoris Poloniae fuerunt XV. vid. Idem p. 137. 138. 139. nunc nullae.

In Lithuania adhuc vigent tres: Stucensis, Kieydanensis, & Berzensis, in Urbibus Radzivil: ex VIII. de quibus. Vide Regenvolsc. p. 149.

A. M. GÖRINGII  
ad locum ROM. VI. 7.

Observatio,

*in, qua Apostolum, non de morte naturali, sed spirituali loqui, defenditur.*

Ὁ γὰρ λόγος ἐδικαίωται ὑπο τῆς  
ἀμαρτίας.

**N**E benevolum Lectorem per longas ambages fatigem, ad tria, quæ in hoc Aphorismo Paulino potissimum considerata esse, existimo, me statim converto. I. De morte. II. De Justificatione III. De peccato quædam dicturus sum. A morte autem alias inimico nostro ultimo, initium.

I. Mortem esse triplicem, naturalem, spiritualem & æternam satis notum est. Dispicendum igitur est, de quanam morte Apostolus hic loquatur? De morte æterna, quæ in privatione vitæ æternæ consistit, Apostolum non loqui, certissimum est: Num vero de morte naturali, quæ in separatione animæ a corpore consistit, sit sermo, in dubi-

um

um vocatur. Sunt qui affirmant; (a) sunt qui negant. Ego negantium sententiæ subscribere malo. De morte Spirituali igitur Apostolum in h. l. loqui (b) mihi demonstran-

(a) Sententia de morte naturali præ cæteris placet Doctiff. Sigism. Richtero in Disput. *De homine per mortem a peccatis justificato* sub præsidio Cl. Viri Casp. Læscheri, Witteb. 1701. in h. l. habita. It. Clariff. Heumanno, cujus explicationem Fasc. IV. Biblioth. Brem. p. 290. invenimus. Ab hoc Clericus, & a Polo in Synopsi Vatablus pro hac sententia citantur. Eo etiam B. Gerhardus inclinare videtur in Commentario suo in h. l. Alteram tamen sententiam eum non negasse infra ex Confessione sua Catholica videbimus.

(b) De morte spirituali hæc verba explicant Steph. de Brais, Lud. de Dieu, Menochius, Pareus, Quibus addo Origenem [a WERNSDORFIO seu potius Andr. Michaele Auctore, in Dissertatione in Rom. VI. 8. *De morte ac vita fidelium cum Christo* 1703. Witteb. habita, §. IX. citatum) qui sic loquitur: *Certum est mortuum, peccatorem esse non posse* (nam qui mortuus est justificatus est a peccato) *Non ergo manere poterit in peccato, qui mortuus est peccato.* Plura vide in Origenis Comment. in h. l. Approbant ibi hanc Origenis de morte spirituali sententiam Doctiff. Præles & Auctor Respondens. Doctiff. Læscheri itaque Disputationi, *De homine per mortem a peccatis justificato*, Doctiff. Wernsdorfii Dissertationem *De morte ac vita fidelium cum Christo* opponimus. De Calovii sententia infra: Chrysostomi verba in h. l. sunt. Ὅτι πρὸ δόξης αἰμακτεῖ τὸ λοιπὸν τῆς αἰμακτεῖς νεκρὸς κείμεν, ἔτω καὶ ἡ ἀναβαῖς δὲ τῆ βαπτίσματος.

Strandum est. Ante omnia distinctio inter mortem spirituales fidelium & infidelium hic probe

πρίματ' επειδή γὰρ ἀπαξ ἀπέθανεν ἔχει, νεκρὸν δὲ μένειν ἄρα πάντως ἢ αἰμαρτία. Ἐπι τοίνυν ἀπέθανεν ἐν τῷ βαπτίσματι μένει νεκρὸς καὶ γὰρ ἔκαστος ἀποθανών, ἔκτεν αἰμαρτάνειν δύναται ἄν. Ἐι δε αἰμαρτάνεις λυμαίνῃς Θεῶ τὴν δωρεάν. *Quemadmodum qui e vita decessit, in posterum peccato liberatur, moritur quum jaceat: sic & is qui a baptismo descendit, quandoquidem enim illic semel mortuus est, peccato omnino mortuus maneat. Si igitur in Baptismo mortuus es, mane mortuus: etenim unusquisque mortuus quum est, amplius peccare nequeat, qui si peccat, labefactus DEi donum.* Laudat hanc Chrysostomi explicationem Quistorpius in Annotationibus Biblicis in h. l. Hieronymus in h. l. dicit: *Mortuus alienatus est a peccato. Mortuus enim omnino non peccat: ita & qui natus est de DEO, non peccat.* Et Lutherus T. I. Altenb. p. 53. *Wer gestorben ist/ der ist von Sünden gerechtfertiget/ welcher Todt oder Sterben hebet an im Bugeleben/ und wáhret biß ins Grab Pl. 44. wir werden täglich getódtet um deine willen.* Calvinus in h. l. *Argumentum a mortis proprietate seu effectu. Nam si mors abolet omnes vita actiones, nos qui peccato mortui sumus, ab ejus actionibus cessare oportet, quas durante sua vita exercebat - - - Sic ergo in summa habeto, si Christianus es, oportere in te signum apparere communionis cum morte Christi: cujus fructus est, ut crucifixa sit caro tua cum suis concupiscentiis omnibus. Caterum hanc communionem non ideo nullam esse, si reliquias carnis vivere adhuc in te sentias: sed meditando assidue ejus augmentum, donec ad metam perwentum sit.* Sic Bucerus, Hyperius & Marlorato in h.

probe observanda est. Mors Spiritualis infidelium est privatio vitæ viriumque Spirituum;

h. l. citati. It. Pellicanus in h. l. Bellarmini in h. l. verba sunt: *Docemur, quod per justificationem, qua morimur peccato & resurgimus justitia, representemus Christi mortem & resurrectionem.* Tollit quidem abusum hujus loci in Articulo de justificatione B. Gerhardus in Confessione Catholica pag. 1497. fol. De morte spirituali tamen seu sanctificatione Apostolum loqui in responsione non negat. Citantur ibi Cornelius a Lapide, Toletus, Eitius, Tirinus, qui omnes idem sentiunt, quorum nullus a B. Gerardo quoad hunc sensum refutatur. B. Hunnius in Comment. in h. l. ejusdem est sententiæ. B. Glasius in Philol. Sacr. p. m. 1807. *Mori metaphorice accipitur, cum mori peccato dicuntur credentes Rom. VI. 2. 7. 11. Hoc est circumnunciare & velut infrugiferi ac otiosi ipsi fieri, sicut mortuus naturaliter non agit vel operatur.* Calvinus in Bibl. illustrat. in h. l. *Sententiam hanc Apostoli de morte naturali explicant sane nonnulli, neque dubium nobis est, alludi ad mortem naturalem; quod in ea liberemur a peccato - - - Caterum videtur hic quantum ad presentem materiam ille Aphorismus, qui mortuus est, justificatus est a peccato, directe concernere mortem illam spiritualem, qua peccato quis mortuus est - - - Id non exhaust vim Aphorismi Apostolici, nec simplicitati dictionis Apostolicæ convenit, quod naturaliter mortuus non serviat amplius peccato - - - atque eatenus liberetur &c.* B. Mylius Comment. in h. l. p. 240. sqq. *Crucifixum dicit veterem hominem cum Christo, mortuos nos cum Christo, quod communicetur nobis crucifixio & mors Christi, ut donum, ut virtus, ut exemplum; ut donum, quo justificamur; ut virtus, qua in nobis interimitur vetus homo & excitatur novus; ut exemplum, ut in*

lium; seu qua in peccatis mortui & a vera illa animæ vita, quæ in DEO est, separati dicuntur

crucem & mortem Christi respicientes nos ad illum typum conformemur. Nisi enim prius in nobis extincta sit virtus innati peccati & vis nova accesserit, quæ nobis vigorem novum aspiret, frustra Christi imitationis exemplum proponitur. Strigelius in h. l. dicit: Mortuus justificatus est peccato, i. e. justa pœna affectus desinit peccare, ut fur suspensus deinceps non furatur. Eodem modo peccatum mortificatum & sepultum a Christo non fit efficax. Hac simplici sententia contenti sumus, nec subtiliorem interpretationem quaramus. Quisquis enim plus justo non sapit, ille sapit, Et eleganter Coccejus in Anecd. l. Mortem hic intelligimus eam, quæ sufficiens sit & idonea ad pœnam finiendam, sive qua obita etiam ad tempus, lex nullam amplius pœnam flagitat. Tali satisfactione data justificamur a peccato h. e. DEi justitia postulat, ut cum omni maledictione & omnibus pœnis etiam peccati dominium cesset. Nam peccati dominium est inter pœnas. Jam verò talis mors est, qua nos mortui sumus in Christo: qua igitur: consequenter absoluti sumus a captivitate & servitute peccati. It. Homberg in Parerg. Sacr. in h. l. Ex iis quæ vers. preced. annotavimus, fuit, quod ὁ ἀποθνήσκων hic non sit sumendus pro naturaliter mortuo, sed pro eo, qui mortuus sit, secundum veterem hominem vid. v. 10. 11. 12. Nam non omnes, qui cum Christo morte naturali moriuntur, etiam vivent cum eo, sed qui cum Christo mortui sunt. Cum Christo autem morimur sensu spiritali v. 8. Particula enim γὰρ connectit hunc versum cum priore. Hinc est quod ὁ ἀποθνήσκων non satis accurate reddatur a Beza, liberatus est, cum rectius & simpliciori sensu dici debeat, justificatus est, absolutus est. Certo certius enim est Apo-  
sto-

tur Matth. VIII. 23. Luc. XV. 24. Joh. V. 25. Conf. Rechenbergii Hiero. Lexicon p. 1064. ubi multa, de variorum variæ mortis distinctione & explicatione legere possumus. Apposite autem addit hujus mortis rationem p. 1066. *Quid autem cause, interrogans, quod impiorum vita mors appelletur? R. Regula Physica est: Motus denominatur a termino ad quem tendit: hinc via ad mortem mors dicitur.*

Mors Spiritualis fidelium est mortificatio veteris & vivificatio novi hominis: quando peccati vigor & rigor dominatio & damnatio tollitur. Plura de hac morte fidelium spirituali vid. ibidem pag. 1064. Vivit itaque peccatum in nobis in primis, quando damnat, quando regnat. *Dominari enim & Imperium regere (addo etiam damnare) actionem longe gravissimam esse, quis nescit? Sunt verba Doctiss. Flor. Klepperbein in Disputat: de peccato sub spe veniæ commisso, sub Præs. Clariss. atque doctiss. J. G. Neumannii 1702. Witteb. habita p. 14. ita pergens: Sicut ergo parum est, educere*

60.

*solum non intelligi hac velle de cessatione actionum peccati, qua mortem necessario sequitur, sed ut dixi, de effectu, quem mors spiritualis habet. Non desunt plures, quos adducere possem. Sed sufficiunt, ut credo, horum virorum verba, argumenta & Auctoritas, (quæ temere non est rejicienda) ut non obstantibus iis, quæ Viri Doctissimi Sig. Richter, Casp. Lesccherus, Houmannus cum Clerico in medium protulerunt, sententiam de morte spirituali retineamus.*

*copias* & primum impetum facere in urbem, summum contra negotium occupare provinciam & regnare: ita quoque peccatum originale pravos quidem motus excitat, sed actuale illud longe gravius est, quod omnibus hominis partibus, velut armis utitur &c. Qualis aut dominatio talis & damnatio Moritur autem e contrario peccatum, ubi tollitur ejus dominium, ubi nulla ejus damnatio est, quæ sunt fidelium beneficia. Ratione reliquiarum autem sensus & radicis peccatum mortificandum est. Et si verum est tritum illud: *cingendus habetur pro cincto*: It. Doctiss. Rechenbergii Regula Physica: *motus determinatur a termino ad quem tendit*: It. *a potiori fit denominatio*: Bene distingue, & bene docebis. Peccatum etiam ratione reliquiarum mortuum dicere possumus. In quantum autem peccatum mortuum, in tantum etiam homo peccator mortuus dicitur. Cesante enim causa, cessat effectus; cessante peccato, cessat peccator, qui mortuus est, ob peccatum mortuum. Horum autem omnium causa, principium & finis CHRISTUS est. cui sit laus, honor & gloria in secula seculorum Amen.

Per mortuum igitur hic intelligimus non naturaliter, sed spiritualiter mortuum in & cum Christo, quod nunc cum ex scopo Ap. stoli. tum ex sermonis connexionem probare volumus.

A. Mortem naturalem finem & scopum  
 Class. VIII, Fasc. II. T Apo-

Apostoli & in hoc toto capite, & in specie in hoc versiculo fuisse, nullis hactenus idonei argumentis probatum est. Alium autem scopum Apostolum habuisse, ipse v. i. hujus cap. nos optime docet, his verbis: *τί ἐν ἐπέμειν* &c. Quem in antecedentibus citatus Doctiss. Andr. Michaelis in Dissert. sua, de morte ac vita *Ec. fidelium Ec.* sic exprimit: Sicut periculum erat, ne propter Pseudo-Apostolorum calumniam totus gratiae convelleretur status, & Christianae Religionis solveretur compages, sic ad retundendam illam calumniam, postquam de ratione modoque justificandi inde a Cap. IV. iam exposuerat, hoc ipso cap. VI. quænam sint hominis justificati officia, quibusque adeo de causis sancti orationis vite omni animi contentione studendum sit, allatis in medium gravibus idoneisque argumentis ostendit. In his vel principe loco urget, quod mortui jam sint in ipsa regeneratione peccato, ei proinde obsequi porro aut vivere non licere. Hoc agit & docet Apostolus in toto hoc VI. & sequent. capite: Incongruentem committit saltum, qui in solo 7mo hujus capitis versiculo alium quærit scopum. Confirmat hoc textus cohærentia.

B. Omnia fere hujus capitis verba commo-  
nstrant, de renovatione seu sanctificatione  
Apostolum loqui; quod etiam laudatus D. Michaelis in cit. Dissert. §. VI. seqq. ex textus *συνάφεια* probat. Particulam *γὰρ; ὅ γὰρ πάντες* &c. versiculum hunc septimum cum antecedentibus connectere Hombergius supra

pra citatus recte doceat. Et particulam δε  
 v. 8. *ΕΙ ΔΕ Α' ΠΕΘΑΙΝΩΜΕΝ* &c. versiculum nostrum  
 septimum connectere cum consequentibus,  
 quis negare potest? Versiculo 8. autem  
 Apostolum non de morte naturali, sed spiri-  
 tuali loqui vel solus Titulus cit. Dissertationis  
 Doctiss. WERNSDORFII, *De morte ac vita*  
*fidelium cum Christo indicat.* Ergo etiam in  
 versiculo nostro septimo, de morte spirituali  
 sermonem esse recte docemus. (c) Conferamus  
 Col. III. 3. *ΑΠΕΘΑΝΕΤΕ ΓΑΡ, ΗΩΣΤΙ ΖΩΗ ΥΜΩΝ*  
*ΚΕΚΡΥΠΤΑΙ ΟΥΝ ΤΩ ΧΡΕΙΣΤΩ ΕΝ ΤΩ ΘΕΩ.* Quis un-  
 quam dubitavit, Apostolum in h. l. de  
 morte spirituali loqui? Et cur non in loco no-  
 stro? Obstat forsitan vis ac emphasis vocis

T 2

αποθ-

(c) In æquiore itaque partem interpretetur Doctiss.  
 Heumannus, me sensum verborum suorum  
 satis percipere non potuisse, quando in Explicatio-  
 ne hujus dicti dicit: *Interpretationem de morte spiritua-*  
*li a scopo Apostoli alienam esse - - - It. Posteriori*  
*hoc sensu, nimirum de morte naturali, capi verba Aposto-*  
*li jubet tota orationis series.* Audiat Vir Clarissimus  
 Continuatores Operis sane incomparabilis doctiss.  
 Poli, qui in explicatione hujus loci plane contra-  
 rium dicunt: *He that is dead i. e. to sin, is freed*  
*from it not only in respect of the Guilt thereof,*  
*vvhich sense the marginal reading of the vvord*  
*seems to respect, but also in regard of the service*  
*of it. NB. This agrees best vvith the context,*  
*Sed orationis seriem & scopum me satis indicasse*  
*puto. Conferantur supra citati Auctores, & impri-*  
*mis Calovius,*

ἀποθνήσκειν? Hanc vero minime obſtare, ſed  
 potius rem egregie exprimere in ſæpius cit.  
 Diſſertat. *De vita ac morte fidelium* §. VIII.  
 videre poſſumus, ubi hujus vocis Emphaſis  
 optime & explicatur & applicatur. Inſtas;  
 ſuperſeſſe tam multas peccati reliquias. Non  
 hoc, ſed conſuſionem negamus. (d) Di-  
 ſtinguenda ſunt mortuum & mortificandum.  
 (e)

II. Ultimum fortassis dubium movet ſigni-  
 ficatio vocis *δεδικαιώται*. Videamus igitur  
 quid per hoc verbum intelligendum ſit? Baſi-  
 lius ad loc. Rom. VI. 7. hoc *δεδικαίωται* ex-  
 ponit, *ἀπὸ πᾶσιν ἁμαρτίαις, ἡλευθέρωται, κεκαθάρσται*  
*παρὰ πάντων ἁμαρτιῶν, absolutus est, liberatus est, pur-*  
*gatus est ab omni peccato.* Et Theophylactus  
 ad eundem locum per *δεδικαίωται* *ἄπο τῆς ἁμαρ-*  
*τίας.*

(d) Calvinus in h. l. Porro quanquam inter homines  
 nusquam tale extat exemplum, non est tamen cur  
 vel inanem esse speculationem putes quod hic di-  
 citur, vel animum despondeas, quod in eorum nu-  
 mero te non reperiās, qui carnem suam penitus  
 crucifixerunt. Hoc enim opus DEi, non primo quo  
 in nobis inchoatur die, simul etiam perficitur, sed  
 paulatim augetur, ac quotidianis incrementis pau-  
 latim ad finem perducitur.

(e) Hic unicus iste scrupulus est, qui movit Doctiff.  
 Sig. Richterum in *Disputat. sua, De homine per mor-*  
*tem a peccatis justificato*, ſententiam de morte natu-  
 rali adoptare; Sed num ſufficiens ſit, cohærentiam  
 verborum & ſcopum Apoſtoli negligere, imo alie-  
 num inferre ſenſum, ut ſingulare aliquid ſentiamus,  
 credere non poſſum.

πας, interpretatur per ἀπολευται, ἢλευθερωται;  
 liberatus est, absolutus est. Vid. Suiceri  
 Thesaurus p. 915. P. I. Cæterum fere omnes  
 Interpretes per liberationem a peccato expli-  
 cant; (f) quasi unum idemque sit: mortuus  
 justificatus est a peccato, & mortuus libera-  
 tus est a peccato. Attamen differunt non  
 tantum hæc verba, sed etiam Apostolum ea  
 T 3 in-

(f) B. Gerhardus in Confessione Catholica p. 1498.  
 „Per Justificationem hic intelligitur liberatio a pec-  
 „cati servitate. *Hunnius in b. l. Justificari hoc in*  
 „loco non significat gratis absolvi a peccato, ne  
 „imputetur; sed significat a jure & dominio pec-  
 „cati liberari, ne regnet per opera carnis. *Ant.*  
 „*Fayus in Comment. s. in b. l. Justificari hoc loco*  
 „non refertur ad remissionem peccatorum. Nam  
 „non omnis mortuus ab illis liberatur, sed tantum  
 „is, qui est membrum Christi. Illud interpretan-  
 „tur vulgo per verbum liberari, ut liber a peccato  
 „sit, qui amplius non peccat. Mortuus enim non  
 „concupiscit, non libidinatur, non furatur. Sicut  
 „ergo justificatus dicitur ille, qui & a peccato &  
 „pœna liberatus; ita hic justificatus dicitur ille,  
 „qui amplius non peccat. *Calvinus in b. l. Justifi-*  
 „catum accipe pro absoluto & a servitute vindica-  
 „to. *Gottfr. Olearius in Annotat. s. Bibl. in b. l.*  
 „Justificatus a peccato, quia absolutus in judicio, li-  
 „beratur a jure, imperio, violentia & oppressione  
 „adversarii. *Schlichtingius in b. l. justificatus est a*  
 „peccato i. e. plane liberatus, per Synechdochen  
 „speciei pro genere. Justificatio enim liberationis est  
 „species, justificatus autem dicere maluit ad vivi ho-  
 „minis a peccato liberationem exprimendam com-  
 „modius. *Sic etiam Crellius in b. l.*

industria sic locutum esse mihi videtur. *Πρό-  
τος* & præcipue quidem Apostolum in h. l. renovationem s. sanctificationem respicere, cum laudato Doctiss. Michaelis in cit. Dissert. §. IIX. affirmo, secundo tamen, Apostolum scopum suum hujus Epistolæ generalem, de Justificatione gratuita, hoc verbo innuere, respicere & confirmare velle, mihi valde credibile videtur. Non tantum itaque dicitur, spiritualiter cum & in Christo mortuum justificatum esse a peccato ratione dominii, sed conclusionem etiam subministrat Apostolus, si mortuus justificatus est a peccato; Quid opus est operibus ad justificationem? Sic emphatice dictum esse puto; mortuus justificatus est a peccato. Mortuus autem justificatus est a peccato ratione poenæ, ratione sensus, ratione radicis. Ratione poenæ tam respectu damnationis, quam dominii. Dominium enim peccati inter poenas refertur. Et quia poenæ, damnatio & dominium in justificatione tolluntur, optime dictum est: mortuus justificatus est a peccato. Et sic dominium etiam ad justificationem refertur; sed inchoative tantum. Continuatio ad sanctificationem pertinet. Mortuus etiam justificatus est a peccato ratione reliquiarum peccati i. e. sensus & radicis. Non damnant enim hæc reliquiæ. Nulla enim condemnatio &c. Rom. IIX. 1. Et quia non possumus dicere: mortuus liberatus est a peccato ratione sensus &

radicis, (g) contra veritatem enim hoc est, rectius dicitur: mortuus iustificatus est a peccato. (h) Videmus itaque nec vocem *deduxit* obstare, quo minus hoc dictum de morte spirituali & quidem fidelium intelligere possimus.

III. Ultimo quæritur, quid Apostolus per peccatum intelligat? Sed quia jam omnia ex antecedentibus clara sunt, dicta repetere nolo.

T 4

IV.

(g) Si per liberationem hunc locum explicare maluerimus distinctio inter in totum & in tantum adhibenda est.

(h) Hombergius in h. l. *Hinc est quod deduxit non satis accurate reddatur a Beza, liberatus est, cum rectius & simpliciori sensu dici debeat iustificatus est, absolutus est.*

CAROLI KESSLERI  
 Diatribe Philologico-Cri-  
 tica, qua Nova Verborum  
 priorum

ex HAGGÆI II. 9.  
 affertur Versio:

Seu potius prisca LXX. Interpr.  
 renovatur, ac receptæ hactenus  
 præferenda esse do-  
 cetur.

**I**Nsigne admodum est Oraculum, quod  
 Haggæi Capite secundo, commate no-  
 no his conceptum legitur verbis: יהיה כבוד הוה האחרון מן הראשון  
 אמר יהוה צבאות ובמקום הוה אתן  
 שלום נאם יהוה צבאות. Merito illud  
 a viris divinarum rerum peritis in eorum  
 semper habitum fuit numero, quæ Filium Dei  
 olim humana indutum carne, terras lustratu-  
 rum, interque homines obversaturum ceci-  
 nerunt. Neque enim solummodo tempus,  
 quo Filius Dei appariturus, & locum, ubi se  
 conspiciendum præbiturus, accurate satis de-  
 signat,

signat; sed & exceleatē gloriā, quā coruscaturus, & insignia dona, quæ allaturus esset, vivis quasi pingit coloribus.

§. 2. Plurimis illud, iisque satis fuis ac copiosis Eruditorum Virorum, quarumcunque partium, dudum excussum fuit commentariis. (a) Ut enim de iis, qui seu latina, seu vernacula ipsis lingua, integræ Vatis nostri Prophetiæ commentationibus suis lucis aliquid affundere conati sunt, nunc nihil dicam; vix quisquam est omnium, qui au de Messia aliquid literis consignarunt, aut adversus pervicaces Judæos in arenam descenderunt, quin Oraculum hoc nostrum, ceu unum ex præstantissimis, in subsidium vocare, telaque inde depromere suarum duxerit esse partium.

§. 3. Neque tamen, quod merito summo mireris opere, quisquam omnium, saltem quos mihi oculis usurpare licuit, inventus fuit, cui labecula, quæ Interpretationibus prioris hemistichii diutissime hæsit, & in hunc usque adhæret diem, in oculos incurrit. Adeo cunctis securis de legitimo verborum sensu esse contigit ut textum ipsum penitus inspicere, cogitationesque præceden-

T 5

(a) Catalogum eorum, inter quos XII. sunt, qui id singularibus fecere libellis, nuper exhibui in *diff. de Spiritu S. gloriā templi secundi præsentia sua auctore ad illustrandum hoc ipsum Haggæi vaticinium §. I. T. d. H.*

dentium ad accuratiores revocare calculos  
 ipsis in mentem haud venerit. Eam igitur  
 labeculam si Dissertatiuncula hac abstergere  
 ac eluere conarer, operæ me facturum esse  
 arbitratus sum pretium. Licet enim fortasse  
 cuiquam haud tanti istud videatur, æqui ta-  
 men rerum arbitri, & reverenter scripturas,  
 uti par est, habentes, haud quaquam despici-  
 endum putabunt, vel à minimis easdem re-  
 purgare erroribus, sensumque illarum, quan-  
 tum opera ac studio conniti possumus, in cla-  
 rissima collocare luce.

§. 5. Plerique igitur, ut inde ordiar, In-  
 terpretes, quos Oraculi nostri aut ex  
 transcurso, aut debita opera illustrandi lubido  
 incessit, verba prioris hemistichii in eam ac-  
 ceperunt partem, ac si divinus Vates, seu  
 Deus potius, cui vocem ac operam propheta  
 tantum accommodat, de duabus hic verba fa-  
 ceret ædibus, quarum utrique suam tribue-  
 ret, suamque assignaret gloriam, ita tamen  
 ut eam, qua posterior fulsura sit ædes, præ  
 illa, qua prior quondam conspicua fuit, mul-  
 tis modis extollat. Vertunt enim ita, ita-  
 que exponunt, ut voces הראשון & האחרון  
 non cum voce כבוד, cum qua, ut in sequen-  
 tibus ad liquidum deducetur, sociari debue-  
 rant, sed cum voce הבית conjungant: par-  
 temque adeo priorem Oraculi Nostri in  
 hunc transferunt sensum: Major erit gloria  
 De-

Domus hujus POSTERIORIS PRIORIS sc.  
domus gloria.

§. 5. Nimirum in fraudem eos impulit forma ac situs, quem verba in Hebræo textu obtinent. Ne quid enim dissimulem negari non potest verba in Hebræo utique hanc formam, hunc situm obtinere, ut, nisi aciem ingenii intendas, voces ipsas pensiculatorius trutines, & cum antecedentibus contendas accuratius, nihil proclivius sit, quam ut in eam prolabaris sententiam, voces האחרון & הראשון non cum voce כבוד sed cum voce הבית esse connectendas. Cum enim vox הבית voces האחרון & הראשון proxime antecedit, vox autem כבוד ab illis sit remotior, quid, quæso, proclivius est opinatu, quam illas ad istam, non autem ad hanc esse referendas, maxime cum & genus & numerus illud admittant? accessit præterea, quod rationi maxime videbatur consentaneum, ut à Salomone ædificatum templum, & a Zorobabele ejusque sociis, post longum satis annorum intervallum, ab imis instauratum fundamentis, duarum instar haberentur ædium. Quid enim, obsecro cum ratione amica magis conspirat fronte, quam ut ædificia, distinctis vicibus, interjecto longe maximo temperis spatio, a diversis excitata structoribus, duarum loco reputentur ædium?

§. 6. Verum enim vero quantacunque hæc sese commendent specie, tantum tamen abest,

est, ut ita sentientibus pollicem premere, eorumve accedere queam partibus, ut contra, si quis veritatem ab ipsis limare velit fontibus, facile mecum in alia omnia discessurum, nullus dubitem. Neque enim voces האחרון & הראשון cum voce הבית, sed cum vocabulo כבוד conjungendas esse; neque adeo hic de duabus, quod illi opinati sunt, ædibus, sed de duplici tantum unius ejusdemque ædis gloria sermonem esse, tam equidem sum persuasus, quam quod persuasissimus.

§. 7. Ac rem quidem ita sese habere, dudum ab Alexandrinis animadversum fuit Interpretibus. Hi enim, cum eos insecuti tantum non omnes, facto quasi agmine, pro recepta stent sententia, Chaldæus vero Interpretes, qui deliberatum ad illum accedunt, incertos æque, ac erant antea, dimittat, soli voces האחרון & הראשון cum voce כבוד conjungunt, verbaque præterquam quod capiti aliquid assuant, in eandem prorsus, quanos, sententiam exponunt. Vertunt enim: *Διότι μεγάλη ἐστὶν ἡ δόξα τῆς οἴκας τούτης; ἢ ἐξαίτη ὑπὲρ τὴν πρώτην.* Quod ubi primum perspicerem, diffiteri non possum, magno me, quod in ea, quam animo olim imbiberam, sententia confirmari me ab illis viderem, perfusum fuisse gaudio. Quanquam enim nescius non sum, non adeo illos acutum ubique cernere, ut illorum per omnia vestigiis insistere tutum sit, plus tamen omnino & acutius aliis hic ipsos

Vidisse, animi non pendeo. Quod ut nunc  
 Porro in apricum proferam, validissimisque,  
 quantum in ejusmodi rebus licet, rationibus  
 addicam, ordinis ratio postulat.

§. 8. Ac principio quidem ipse verborum,  
 quo inter sese aptari debent, ordo id satis  
 manifesto evincit. Si enim hæc verba  
 גדול יהיה כבוד הבית הזה האחרון מן הראשון  
 ita inter se aptes, ut voces הראשון & האחרון  
 cum voce הבית conjungas; quam hiulca,  
 quæso, quam aspera & confragosa futura  
 esset oratio? Sic enim non duæ solum mo-  
 do voces, ad sensum necessariæ deficerent;  
 sed, quod præcipue notandum, vox pal-  
 maria, quæ sensui potissimam affundit lu-  
 cem, & unde vis ac intelligentia totius  
 orationis maxime pendet, haud paruo in-  
 commodo omitteretur. Cui an simile us-  
 quam in tota scriptura reperturi sint exem-  
 plum sententiæ, quam convulsam imus, pa-  
 troni, etsi præfracte non nego, anceps ta-  
 men hæreo. Nemo enim, artis dicendi  
 paulo peritior, non intelligit, vocem כבוד  
 tum potius suo repetendam loco, ac  
 ita dicendum fuisse: גדול יהיה כבוד הבית הזה:  
 הראשון מן כבוד האחרון h.e. Major erit glo-  
 ria domus hujus posterioris gloria prioris.  
 At vero si verba nunc ita inter se ordines, ut  
 voces הראשון & האחרון non cum di-  
 ctione הבית, sed cum vocabulo כבוד com-  
 ponas, cuncta multo fluent liquidius, mul-

to cohærebunt concinnius, totique orationi haud parum suavitatis adjugetur ac elegantia. Quid enim, obsecro, frequentius? imo vero quid elegantius, quam ut, quando idem substantivum cum duobus adjectivis bis poni oportebat, secundo id loco omittatur, ne eadem vox, nimis crebro inculcata, oculos & aures offendat? Facillimum foret, innumeris illud, ex ipsa sacra Scriptura depromtis; confirmare exemplis, ni justas metuendi causas haberem, ne si id facerem, in re obvia ac trita opera ac otio abuti, & de sagacitate Lectoris iniquum ferre iudicium viderer.

§. 9. Verum enim vero si vel maxime constructionis pateretur ratio, ut voces האחרון & הראשון cum voce הבית conjungerentur, minime tamen id patitur ejus, qui hic loquitur, auctoritas, verborumque nostrorum cum antecedentibus nexus. Is enim qui verba hic fundit, in præcedentibus vocabulum האחרון non cum voce הבית, sed cum altera כבוד quam disertissime sociat. Audiamus quæstionem, quam commate tertio Zorobabeli, Josuæ, reliquisque e populo per prophetam proponit Deus. Quis, inquit, e vobis superat, אשר ראה את הבית, הזה בכבודו הראשון, qui vidit domum hanc in gloria sua priore? Ecquis non videt, vocem הראשון eum voce כבוד hic quam manifestissime copulari? Quod si vero in hac  
 quæ-

quæstione vox הראשון cum voce כבוד ab ipso Deo conjungitur, quod nemo sanæ mentis infitias iverit: quæ causa, quæ ratio, ficta saltem & inepta afferri poterit, cur vox האחרון in textu nostro ab ea divelli ac distrahi debeat? maxime cum idem utrobique, & versu tertio & eo, de quo disceptamus, loco loquatur. Neque enim hic a quoquam mihi objici velim, quod vox הראשון versu tertio proxime vocem כבוד sit posita, per eamque à vocibus הבית הזה se-juncta; cum contra versu nono inter voces האחרון & כבוד dictiones הבית הזה sint interjectæ. Sufficit enim, quod vel hoc ipso certo constet certius, vocem האחרון versu tertio cum voce כבוד esse conjungendam, atque adeo vero plus quam evadat simile, eandem construendi viam in nostro quoque textu esse ingrediendam.

§. 10. Sed manifestius adhuc, ne quicquam remaneat dubitationis, agendum esse video. Tertium igitur nunc ex eodem versu tertio pro asserenda, quam hæctenus sum tutatus, sententia promo telum, haud paulo, uti confido, validius. Quodsi enim ex eo evinci queat, Deum in tota hac prophetia templum a Salomone primitus constructum, & postea a Zorobabele ejusque sociis e ruderibus excitatum denuo, non duarum loco censere ædium, sed pro una tantum eademque habere: ecquis eo procedet

cedet pervicaciæ, ut in dubium post hæc  
 vocare audeat, voces הראשון & האחרון non  
 cum voce הבית, sed cum altera כבוד esse  
 connectendas, adeoque non de duplici do-  
 mo, sed de gemina unius ejusdemque do-  
 mus gloria hic verba haberi? At vero  
 utramque ædem, si utramque vocare fas  
 est, ut unam tantum a Deo spectari, tam  
 clarum utique est quam cælum lucet, cum  
 maxime sudum est. Age namque, inspicia-  
 mus ipsa verba, & voces, in quibus mo-  
 mentum totius causæ positum est, excutia-  
 mus penitius. Loquitur Deus de domo, quam  
 הבית הזה, domum isthanc appellat, digi-  
 tum quasi exsertum in eam, quam Judæi e  
 captivitate Babylonica reduces instaurabant,  
 intendens. Huic domui adscribit, propri-  
 amque dicat gloriam, quam opposte ad al-  
 teram, qua secuturis caput elatura erat æta-  
 tibus, הראשון priorem vocat. Prioris hu-  
 jus gloriæ nomine haud aliam intelligit,  
 quam qua inde a Salomonis temporibus ad  
 excidium usque, quod a Nebucadnezare  
 perpeffa fuit, coruscaverat. Pone enim  
 eandem a senioribus, qui salvi & incolumes  
 ad patrios remeaverant lares, priusquam  
 in captivitatem abstraherentur, oculis sub-  
 jectam fuisse: ideoque, quæ de præfenti il-  
 lius forma animis ipsorum sedeat sententia,  
 expromi ab illis expetit. Hinc quæstionis  
 hujusmodi versu tertio illi subnascitur ansa.

מי בכם הנשאר אשר ראה את הבית הזה בכבודי  
הראשון ומה אחם ראים אתו עתה הלוא כמהו  
: *Ecquis vestrum superstes est*  
*qui vidit domum hanc in gloria sua priore?*  
*Qualis nunc videtur vobis forma illius? An-*  
*non nihili instar est in oculis vestris? Quid?*  
tuam, *Lector*, obtestor fidem, annon cla-  
rissime ex hac elucet quæstione, utrumque,  
& Salomoneum, & Zorobabelicum tem-  
plum, ut unum duntaxat a Deo spectatum  
fuisse? Quo enim pacto gloriam, quæ Sa-  
lomonei, dudum everfi ac funditus de-  
leti templi propria fuerat, in Zorobabelicum  
transmovere potuisset Deus, nisi utrumque  
unius solum modo habuisset loco? Aut nihil  
ego video, aut nihil usquam est, quod cum  
ratione huic opponi queat sententiæ. Quod  
si vero jam extra omnem dubitationis situm  
est aleam, Salomoneum ac Zorobabelicum  
templum, in hac quæstione, unius dunta-  
xat ab ipso Deo censitum fuisse loco: du-  
bio quoque, ni fallor, caret, quod nostro  
itidem loco non de duabus ædibus, sed de  
duplici ejusdem ædis gloria sermo institua-  
tur, atque adeo voces הראשון & האחרון  
non ad vocem הבית, sed ad alteram כבוד  
referri oporteat. Quis enim, obsecro,  
tantæ Deum sapientissimum postularet in-  
constantia, ut, quas modo unius deputa-  
verat loco, mox, quasi sui oblitus, ceu  
duas distinctas in scenam producat ædes?

Aut plurimum fallor, aut huic argumento tantum inest ponderis ac virium, ut, si vel cæteris destitueremur, conficiendo toti negotio unum abunde sufficiat.

§. II. Non parum tamen eidem accedet roboris, si idem alibi quoque non infrequens esse ostenderimus. Non desunt autem scripturæ loca, in quibus manifesta satis hujusce rei deprehendere licet vestigia. Unde enim, nisi ab hoc fonte manavit, quod, quæ Esaias ac Jeremias de templo Salomoneo, nondum diruto ac in cineres redacto cecinerant, Christus ei, quod a Zorobabele restitutum, & ab Herode magnificentissime reparatum, sua etiamnum superbiat ætate, applicat, uti videre licet Matthæi XXI. 13. collato cum Esaiæ LVI. 7. Jeremiæ VII. 11. Unde, nisi ab hac ortum traxit causa, quod Stephanus Actor. VII. historiam populi Israelitici in brevi quasi tabella exhibiturus, unius duntaxat templi, a Salomone conditi, mentionem facit? Maxime cum se a contumelia, quam templo tum stanti impigisse fictis arguebatur criminibus, purgare in animo haberet? Quin imo ipsi Judæi, qui, e Babylonica reduces captivitate, instaurando templo manus admoverant, cum apud Præfectos Darii in suspicionem adducti essent, quasi rebus novandis molirentur receptaculum, hique ex ipsis quærerent, cu-  
jus

ius jussu id facerent ? memorante Esra ca-  
 pite quinto regefferunt : Se jussu regis Cyri  
 ædem , multis retro annis , a potentissimo  
 Israelitarum rege conditam & erectam , sed  
 a Nebucadnezare ob horrenda parentum  
 suorum crimina in cineres conversam , resu-  
 scitare ; manifestissimo argumento , quod  
 ædem a se instauratam , ab ea , quam Salo-  
 mo quondam statuerat , diversam non agno-  
 scerent.

§. 12. Nec vero adeo absolum est , ac  
 prima forsitan videtur fronte , ut templum a  
 Salomone primum conditum , & a Zoroba-  
 bele deinceps restitutum , unius tantum  
 habeatur numero. Si enim Hierosolyma ,  
 supremi quondam Numinis æditua , ubique  
 ut una tantum spectatur , licet à Nebucadne-  
 zare solo æquata , post septuaginta demum  
 annorum intercapedinem e ruinis sit resu-  
 scitata. Si nusquam quod ego sciam , duæ  
 memorantur Athenæ , quanquam hæc urbs  
 gravissimum à rege Xerxe passa excidium ,  
 finito demum bello Persico , & hostibuster-  
 ra marique fugatis ac fuis , sit restituta. Si  
 ipsa urbs , urbium ac gentium quondam Do-  
 mina , Roma , ab optimis dicendi artifici-  
 bus perpetuo ut una tantum repræsentatur ;  
 quamvis a Gallis ferro ignique vastata , a Ca-  
 millo denuo , cui idcirco alterius Romuli  
 hæsit nomen , interneccione deletis hosti-

bus, e cineribus eruta ac resuscitata fuerit. Qui minus licet templum, ab eadem gente, eodem loco, eadem forma, in eundem finem exstructum ac restitutum unius duntaxat habere loco? quamvis illud a Salomone conditum, a Chaldæis eversum ac in cineres redactum, a Zorobabele, ac Josua, aliisque e captivitate reversis, sit reedificatum.

§. 13. Nescius equidem non sum, ipsum Esram Capite tertio, commate duodecimo templum a Salomone conditum, disertis verbis הבית הראשון, domum priorem nominare. At vero nostræ id causæ nec hilum officit, nedum nostram sententiam evertit. Neque enim vel nos negamus, templum, à Salomone primitus exstructum, & à Zorobabele deinceps restitutum commode, si cui ita visum fuerit, duorum instar spectari posse. Quin imo ultro illud ambabus, quod dici solet, largimur manibus. Id unum tantum contendimus, quod Deus eo, quem præ manibus habemus, loco utrumque templum unius duntaxat habeat numero. Id quod non solum ex ipso textu & versu tertio invictis, ut putamus, argumentis demonstravimus; sed commode quoque fieri potuisse cum auctoritate aliorum, a quibus idem factitatum esse vero admodum simile, confirmavimus; tum consimilibus  
cla.

clarissimis, uti prorsus confidimus, exemplis assertum dedimus.



V.

# Conjectura

de שְׁעִירִים ad illustranda loca ESAL.  
XIII: 21. & cap. XXXIV: 14.

Autore

H. J. F. T.

*Argumentum.*

Thef. 1. cautela in proferendis conjecturis observanda. §. 2. Scopus Autoris & divisio dissertationis. §. 3. Ostenditur aliquot argumentis שְׁעִירִים nulli in S. Codice daemones significare. §. 4. Levit. XVII: 7. & 2. Chronic. XI: 15. intelliguntur idola formam hirci repraesentantia. §. 5. Esai. XIII. & XXXII. hic daemones, nec hirci sylvestres intelliguntur. §. 6. Esai. citat. locis possunt intelligi sacrificuli Zabii. Probat 1. ex voce שְׁעִיר. 2. ex vestitu verorum & falsorum prophetarum. §. 7. 3. ex locis in quibus versantur שְׁעִירִים & sacrificiis in sylvis oblatis. §. 8. 4. ex locis Levit. XVII: 7. §. 9. 5. ex saltatione טוּ שְׁעִירִים. §. 10. 6. ex convenientia cultus hircorum & Satyrorum, qui homines fuere teste Luciano. §. 11. & 12. Ostenditur probabiliorem esse opinionem nostram de origine satyro-

tyrorum, quam aliorum, tñde 7. accedit probabilitatis argumentum. §. 13. expenditur obiectio Cl. Vitringæ. §. 14. Ad Amici obiectiones respondetur. §. 15. Cl. Clerici obiectiones expenduntur, & finis imponitur dissertationi de moderatione hic tenenda.

§. 1.

**M**ulti ex iis, qui studiis, præsertim humanioribus vacant, sapius hoc morbo laborare solent, ut opinionem quandam a se inventam, & vel levissima conjectura nixam non laudent tantum, & foveant, sed impugnatam etiam tanto ardore defendant, ut non de opinione aut conjectura amplius agi putares, sed de veritate vel certissimis argumentis suffulta, quæ agendi ratio innumeras rixas & logomachias peperit. Ne idem mihi accidat ab initio aperte statim dicam, me conjecturam, id est, opinionem quadam probabilitate instructam afferre; fumum ut non emere, sic nec vendere soleo. Si cui hæc nostra conjectura displiceat, ille meminerit nobis ipsis non satis certam de hac re sententiam esse, sed probabilem tantum. Si tamen omni probabilitate destituta est, cum cæteris opinionibus, quibus Eruditionis campus horret, fertur, hanc veniam petimusq; damusq; vicissim, quod si enim omnes opiniones levi tibicine suffultæ è libris eliminarentur, quot quæso  
opera

opera Salsamentariis tradenda essent. Sed ad rem veniam.

§. 2. Ante omnia moneo, me prolixè de voce שְׁעִירִים, ejusque diversa significatione acturum non esse, qui cuncta accurate & erudite hac de re dicta perlegere voluerit, is adeat omnium instar Bochartum & Spencerum, summos Philologos. Animus tantum est ostendere nullibi per שְׁעִירִים dæmones intelligi posse, locis autem Esai. 13. & 14. SACRIFICULOS SABAEOS, quæ nostra est conjectura, שְׁעִירִים denotare. Servabimus autem hunc ordinem ut 1. opiniones virorum doctorum de שְׁעִירִים proponamus, & quid in iis desideremus, adjungamus 2. nostram conjecturam circa loca Esaiæ supra citata prolixius explicemus 3. quasdam difficultates diluamus.

§. 3. Vocem שְׁעִיר pilosum, hircum, & denique idolum ad hirci formam fabricatum denotare ab omnibus conceditur. Putamus autem Levit. XVII:7. & 2. Chron. XI:15. per שְׁעִירִים idola hircorum formam repræsentantia intelligi, cujus rei rationes infra dabimus, & primo loca Esai. 13. & 34. considerabimus. Ibi per שְׁעִירִים ὁ LXX. Chaldæus, Syrus & Arabs δαίμονια intelligunt, ipse quin etiam Cl. Bochartus, Spencerus & alii magno numero ἄϋ LXX. secuti, intelligunt, inconspicuas quasdam naturas humana potentiores, generi humano

inimicas, hircorumque specie, sylvis inerrantes, miserisque mortalibus illudentes. Hanc autem opinionem propter sequentes rationes rejicio I. quod hæc interpretatio à proprietate verborum sine causa recedat, primaria autem vocis origine hirsutum, inde hircum denotare palam est, hinc ipse Aquila vertit *ἰς τὴν χιτωνταῖς*, hinc quod infra prolixè ostendetur, nulla probabilis causa dari potest cur *שעירים* per *δαίμονια* LXX. interpretentur. II. maxime probabile est Alexandrinos ad opinionem, qua imbuti erant, interpretationem hanc accommodasse. Notum est Exemplo Aristobuli, Judæi Peripatetici Philosophi, scriptoris libri sapientiæ, Philonis Judæi, sectarumque judaicarum, Philosophiam Græcorum, Platonis præcipue, tum temporis à Judæis deamatum fuisse, hinc factum ut *δαίμονια* LXX. aliquando videantur in interpretationibus suis opiniones tum temporis receptas sequi, quod aliquot Exemplis ostendemus. Ps. 91. v. 6. verba hebraica.

*ישור מקטב ישור צהרים* per *δαίμονιον μεσημβριανόν* reddidere, quæ versio opinioni Gentilium patrocinatur, putantium dæmones meridie quammaxime esse timendos, patet hoc ex hymno Callimachi in Lavacrum Palladis vs. 71. qui Deam describit cum Chariclone nymphæ lavantem, hisce verbis.

Ἰππῶ ἐπι κραναῖ ἐλικωνίδι καλά ρέουσιν  
 λώντο, μεσαμβελνα δ' εἶχ' ὄρθ' ἀσυχία  
 Ἄμφοτερος λώντο, μεσαμβελνα δ' ἔσαν ὠρῆσι  
 πολλα δ' ἀσυχία τήνο κἀειχεν ὄρθ'.

hinc factum, ut Tiresias per Heliconem  
 tunc oberrans, Dea conspecta oculorum  
 usum amiserit, locum jam adduxit, Cl. Cleri-  
 cus A. Crit. p. 1. C, 1. Alius locus est apud  
 Theocritum Idyll. I. v. 123. sq.

Ὡ παν, παν, εἶτ' ἔστι καλ' ὠρεῶ μακρολυκαῖς,  
 Ἐἶτε τυ γ' ἀμφοτεροὺς μεζα μεναλόν.

*O Pan Pan, sive nunc es in monte alto lycaeo,  
 Seu per magnum Menalum obambulas.*

Ita Exodi III: 14. ubi hebraica veritas אֲנִי אֲנִי  
 אֲנִי אֲנִי LXX. Ἐγὼ εἰμι Ὁ ὢν, proba-  
 bili indicio eos hic Platoniorum mentem  
 secutos esse, qui solum Deum ita dici posse  
 credebant, unde etiam Patres Justinus M.  
 Cl. Alexand. Eusebius aliique putarunt Pla-  
 tonem hæc è S. litteris surripuisse. Idem  
 LXX. Deut. XXXII: 8. verba hebr. לַמְּסַפֵּר  
 לְיָשׁוּבֵי בְּנֵי יִשְׂרָאֵל juxta humerum Angelorum Dei  
 transstulerunt sequentes opinionem vete-  
 rum, nisi forsan, ut Capellus putat, pro  
 לְיָשׁוּבֵי LXX. לְאֵלֵינוּ legerint, pluribus testimoniis  
 opus non est, cū in locis Esajæ Syrenes & Cen-  
 tauros invenerint, quod clarissime ostendit  
 eos hac in parte solas opiniones tum tem-  
 poris receptas secutos esse, quis autem hoc

posito postulabit, ut hic *rs* LXX. sequamur? Chaldaeos etiam Paraphraftas multis locis daimones, ubi nulli sunt, paraphrasi suæ immiscuisse multis iisque clarissimis exemplis ostendit Cl. V. DALEN Cap. 5. de *Origine Idololatriæ* 3. ideo LXX. versionem hic rejicio, quod nihil causæ videam, cur in desertis Idumææ locis dæmones hircorum formam induti inter bestias sylvestres saltarent, sibi que invicem acclamarent. 4. Nullibi Deus per Prophetas Judæis cultum malorum spirituum objicit, sed cultum אֱלִילִים sive הַבְּלִים i. e. vanitatum, idolorum arte fabricatorum, aures habentium, nec tamen audientium. 5. Jerem. X: 5. Esai. XLI: 23. expresse ait Deus Idola, nec bene, nec male facere posse, quod si autem ejusmodi mali dæmones sub forma animalium, quæ colebant, latebant, qua ratione dici posset, eos nocere non posse. Accedit quod Deus Ps. XCVI: 5. per Davidem dicat אֱלֹהֵי אֱלִילִים id est, ut Paulus loquitur *εἰδωλῶν*, 6. tandem omnes interpretationis rationes, quas Judæi & Christiani afferant, nullo niti videntur fundamento, AbenEzra ideo dæmones hircos dictos esse vult, quod maniaci eos videant in specie hircorum, vel ut Kimchius, quod sibi credentibus ita appareant, quam derivationis rationem ipse Cl. Bochartus sequitur. Non nego dæmones existere, & potentiam habere in hæc in-

inferiora, sed eos hominibus sub forma hirci visos esse ex nullo loco S.S. probari poterit. Affert quidem Cl. Bochartus Hieroz. T. 2. p. 828. locum Philostrati Lib. 6. cap. 13. quo dicitur, in vicum quendam venisse σατυρὰ φασμα id est, Diabolum, ut Bochartus interpretatur, sed nullam causam video cur hanc potestatem voci Satyri subiciat Cl. Vir. Constat præterea nugacissimum Autorem esse Philostratum, quod olim pluribus probabit Cl. MOSHEMIUS, in observationibus, quas in Philostratum promisit, nec locus Augustini ab eodem Bocharto allatus quicquam probat, verbo nulla possunt hujus rei Exempla dari, nisi hominum superstitione Gentilium imbutorum; nec dignum est refutatione Exemplum boni Antonii, quod affert Hieronymus, vide tamen quid de hoc viso dicat Cl. Clericus quæst. Hieronym. p. 272.

§. 4. Transeamus ad loca Levit. XVII: 7. & 2. Chronic. XI: 15. Priore loco prohibentur Israelitæ sacrificare *שעירים*, & 2. Chronic. XI. de Jeroboamo dicitur, quod fecerit sibi Sacerdotes *לענלים ולשעירים* quas duas ultimas voces *δ. LXX.* per *τοῖς εἰδωλοῖς καὶ τοῖς μοῖταιοῖς* reddidere, & quidem non multum refragante Cl. Bocharto, nec aliter quam de idolis, hircorum formam representantibus intelligi potest, nisi statuamus & dæmones sub vitulorum forma

apparuisse, unde tandem tot formas dæmonum statuere debebimus, quot sunt cultus Idololatrici objecta; Confirmant autem hanc explicationem multa loca a Bocharto & Spencero allata, ex quibus constat Aegyptios idola formam Hirci repræsentantia certe statuas animalium in templis habuisse docet Mela L. i. cap. 8. Colunt effigies multorum animalium, atque ipsa magis animalia. Confirmat Strabo L. XVIII.

§. 5. Quemadmodum vero citata Levit. & Chronic. loca per שְׁעִירִים idola ad formam hircorum fabrefacta intelligi debent; ita in utroque Esajæ loco aliam significationem necessario desiderant, cum autem supra ostenderit frustra hic dæmones intelligi, Viri Cl. V. Dalen, Bekkerus & Jacobus Basnage hircos sylvestres intelligunt, partim significatione vocis שְׁעִיר nixi, partim quod illi שְׁעִירִים cum aliis animalibus jungantur. Sed nec huic sententiæ album calculum adjicere potui, quia minus probabile, nec experientia confirmatum, hircos in locis arenosis, omnique pastu destituti degere; jam autem è Scopo Prophetæ satis patet eum ostendere voluisse hæc loca fore summe desolata & deserta. 2. Illa saltatio & mutua acclamatio in locis desertis certas circumstantias significare videtur, quæ ad ritum quendam idololatricum tendunt, quod ex infra dicendis patebit, 3. non video qua-

re *o*: LXX. prorsus hic deserendi sint, quamvis enim in eo errent, quod dæmones hic inveniant, nihilominus tamen per traditionem eos scivisse puto idololatricum quendam cultum non satis iis cognitum in locis desertis locum habuisse, præsertim cum loca Levit. XVII. & 2. Chron. XI. huc manifeste tendant. Cum autem de idolis hircorum formam habentibus dici haud possit ea saltare, sibi que invicem acclamare, tentandum est, utrum sensus quidam & proprietati linguæ & rei naturæ conveniens inveniri possit, quo hæc illustrentur. Et mea quidem opinione hoc fieri posset commode, si per *שעירי* sacrificulos Sabæos intelligeremus; quos nomine, ne quis mihi de antiquitate hujus Gentis controversiam moveat, antiquissimos Orientis Idololatrias intelligo. Videamus autem quo fundamento hæc conjectura nitatur; per gradus autem & probabilium concursum hujus conjecturæ vim ostendemus. Quiescat interim paululum præjudicium Novitatis & Autoritatis.

§. 6. Observamus autem (1) vocem *שעיר* primaria significatione notare hirsutum, pilosum, ita Genes. XXVII: 11. Esavus dicitur *שעיר* *שׂא* idem de Elia dicitur 2. Reg. I: 8. 1. Reg. XIII: 19. (2) Prophetas V. T. ejusmodi vestitu hirsuto sæpius indutos fuisse constat ex Hebr. XI: 37. ubi dicitur, quod *μεληθον ἐν μηλωταῖς ἐν ἀγείοις δερμασιν*. Ita  
Esaias

Esaias juxta LXX. σακκω indutus esse dicitur per quam vocem, vestem Cilicium intelligi debere, probabile est. Ita & Joannes Baptista in deserto ejusmodi veste indutus erat, σακκον ἡμπυχέλο ταπεινοφροσύνης ἐνδύμασιν ut loquitur Cl. Alexand. Op. Potteri T. I. p. 237. Hunc morem aliis ex principiis secuti sunt falsi Prophetæ, ut rigidi satellites virtutis esse viderentur, nam teste Juvenale

*Hispidamembra quidem Ἔ dura per brachia setæ promittunt atrocem animum.* Ita & accipio (verba sunt Cl. J. HASAEI nuper magno politioris litteraturæ damno morte nobis erepti in diss. Bibl. huj. Class. I. p. 704.) quod Christus dicit de pseudopphetis Matth. VII, eos incedere ἐν ἐνδύμασιν, προβαλῶν non solum allegorice, sed & litteraliter allusione facta ad mores eorum, qui se prophetas tum temporis jactabant, eaque propter se ovium velleribus & caprarum circumvestire consueverant, ex veteris, verorum Prophetarum vestitus imitatione. Ita Zach. XIII: 4. ex κακοζηλία falsi Prophetæ induti erant אררן שערן & notatu digna sunt verba ultima שחבשן. Fortassis ut putat Cl. Theologus Ultrajectinus, F. A. LAMPE in dissert. de *Esaja nudo* respexit Propheta ad morem vatum Gentilium, qui aut pelle induti incedebant, aut in pelle strati Oracula fundebant. Sic de Pythagora refert Porphyrius Ed. Kusteri pag. 20. eum, post.

postquam ad Idæos daëtylos Cretam pervenisset, sacris initiatum, fuisse noctu παρα ποταμῷ ἀρνείᾳ μελανῶ μαῖθοις ἐσεφανωμένον, & additur εἰς δε τοῖς ἰδαίον καλεσμένον ἀντρον καταβάν ἐρεῖα ἔχων μελαιναί, unde constat Sacerdotes hoc vestitu indutos plebi illusisse. Hinc Bacchi comitibus Satyris, qui nostri Διόνυσσοι sunt, teste Polluce L. IV. cap. 18. erat ἐοδὶς νεβελῆς, αἰγὴ ἢ καὶ ἰζανὴν (vel ut Casaubonus ἰσαλὴν) vel τραγὴν vocant, & Dionysius Halicarnass. L. VII. de indumentis satyrorum præter alia refert δοράς τραγῶν, de qua re vide plura apud Cuperum observat. L. 2. c. XII. & Comment. Pollucis. Imo omnis ævi historia tradit Sacerdotes veri castique Dei cultus ignaros, externo corporis habitu ad austeritatem composito, singularis pietatis splendorem & famam affectasse. Jure igitur ejusmodi Sacerdotes villosis vestibus induti Διόνυσσοι dici possunt.

§. 7. In citatis (c) Esaiæ locis de Διόνυσσοις dicitur eos in desertis locis degere & ibi saltare, utrumque quam maxime convenit sacrificulis; constat ex 2. Chron. XI: 15. iis constitutos fuisse sacerdotes; confirmat id Diod. Sic. Lib. 2. dicens oportuisse τὰς Ἱερεῖς τὰς ἑσθλαβόντας πετρακκῆς ἱερῶσυνας κατ' αἰγυπῶν τῶ τῷ Θεῷ (τὴν τραγὸν intelligit) πρῶτον μνησθῆναι. In Sylvis præterea erant simulacra & aræ, quibus sacrificia offerebantur; quod omnis ævi testatur Antiquitas. Herodotus  
in

in Euterpe cap. 138. sic nobis Dianæ tem-  
 plum depingit ἐστὶ δὲ ἐσωθεν αἰθρῶν δένδρων με-  
 γίστων πεφυτευμένων ὡραίων μεγάλῃ ἐν τῷ δῆ τ' ὠραλ-  
 μα ἐστὶ. *Interius autem lucus est ingens maxima-  
 rum arborum plantatarum circa templum, in quo  
 simulacrum est.* Inibi jam multa sacrificia offe-  
 rebantur, quis autem credat ab hircis vel  
 Dæmonibus hæc comesta fuisse? Sane dubi-  
 tandum non est, quin sacrificuli illi dæmones  
 fuerint, hinc quod Porphyrius apud Eusebi-  
 um præp. Evang. L. 4. sub finem de dæmoni-  
 bus dixit, nos summo jure de sacrificulis dice-  
 re possumus, ἔπει οἱ χαίροντες λοιβῆ τε κνισσῆ τε δι-  
 ὶν αὐτῶν ΠΝΕΥΜΑΤΙΚΟΝ παινεταί. *Illi sunt qui  
 nidore & libatione delectantur, quibus SPIRITUA-  
 LE ipsorum corpus pinguescit;* Historia sane sa-  
 cerdotum Beli Sacrificiorum apud Oracula  
 oblatores Commessatio, & nota per omnia  
 Secula Sacrificulorum Idololatrarum fraus sa-  
 tis ostendunt, non dæmones, sed Sacerdo-  
 tes oblata sacrificia avidis dentibus rapta tar-  
 tareo specu, ut elegantissimi Phædri verbis  
 utar. Nihilominus tamen multi ex antiquis  
 Ecclesiæ Patribus credidere malos dæmones  
 nidore Sacrificiorum pasci. Athenag. Leg.  
 pag. m. 109. Ὅτι ὡραίων τὴν ὕλην δαίμονες  
 λιχνοὶ ὡραίων τε κνισσῆς καὶ τοῦ ἱερῶν αἵμα ὄν-  
 τες, dæmones illi materiis dediti, nidoris & san-  
 guinis victimarum, avidi sunt. Similiter Min.  
 Felix p. 160. Ed. Davissii *nidore altarium &  
 hostiis pecudum saginari, ait, quos Origenes &  
 Ter.*

Tertullianus sequuntur. Mirum autem est eosdem risisse Gentiles, quod his cibis Deos vesci crederent, Arnob. lib. 7. *Date igitur queso immortalibus Diis, bibant, scyphos, brias, pateras, & quoniam Tauris pinguibusque dapibus se reficiant, ne quod in stomachi tramite male transvoratum substitit viscus, succurrite, properate Jovi O. M. merum ne praefocetur, date, cupit eruere, nec potis est; ac ni illa labatur & solvatur obstructio periculum maximum est, ne oblitus interrumpatur Spiritus, & viduatum remaneat, sine suis administratoribus caelum.*

§. 8. (d) Accedit quod Levit. 17. 7. prohibeantur sacrificare *שעירים* addita causa *אשר הם זנים אחריהם* quæ non solum de idololatria, sed proprie intelligenda sunt; notum enim est abominandas lubricitates in locis illis sacris commissas fuisse. Confirmat id historicus sacer 1. Reg. 14: 23. 24. & alibi pluribus locis; Imo, quod maxime notandum, erant scorta ejusmodi Idolo sacra, quæ *קדשים* & *קדשות* vocabantur: Jam autem sacrificulos in parum castis his lucis abominandis criminibus se contaminasse multis exemplis, si necesse esset, ostenderem. Vide si placet Herodotum Lib. 1. cap. 199. de more Babyloniorum, Strabonem Lib. 12. de Comana Cappadociae & templo illic Deæ lunæ sacro, Epistolâ Jeremiae Baruco subnexam, nec mireris in lucis ejusmodi fraudes commissas esse, ejusmodi detestandus ritus vel hodiernos Indiae Orientalis Idololatrias invasit & ortum debet

sacrificulorum fraudibus. Vide Cl. la CRO-  
SE *histoire du Christianisme des Indes* Lib. 6. p.  
488. Imo quod magis horum hominum au-  
daciam ostendit in locis, ubi Oracula redde-  
bantur nequissimi nebulones scæminas acce-  
dentes vitiarunt. Vide Herodot. Lib. 1. de turri  
in templo Babylonico Beli Joseph. Antiq. L.  
18. p. 622. de Paulina ope Sacerdotum Isidis  
a juvene vitiata, Ruffini hist. Eccles. L. 2.  
cap. 25. quid ergo mirum si שְׁעִירִים illi in  
sylvis degant? hinc puto etiam rationem pe-  
tendam, cur minus Viri, sed solæ scæminæ in  
quibusdam templis pernoctare potuerint.  
Vide Macrob. L. 1. Saturnal. cap. 12. & Li-  
psium de Vesta cap. 3. sed pergendum.

§. 9. Dicuntur (e) nostri שְׁעִירִים saltare  
וְרָקְרוּ & saltabunt, plurimis in locis saltatio  
illa de sacrificulis adhibetur ita Hos. 10. 5. &  
de Israelitis Exod. 32. 6. dicitur וְקָמוּ לְצַחֵק,  
quod non solum de comestationibus, sed tri-  
pudiis etiam intelligendum esse consentiunt  
Interpretes. Et notum est in festis præcipue  
Bacchi miras fuisse gesticulationes & saltatio-  
nes, hinc Lucianus Tom. 1. p. 794. Ed. Grævii  
vocat institutum Θείου καὶ μυσταίου. Ita Thya-  
des atticæ mulieres quotannis ad Bacchi Sacra  
Delphos proficiscentes per viam solis saltare,  
maxime ad Panopeum quam ideo καὶ δα-  
χοπέου Homerus vocavit Odyss. XI. ut notat  
Pausanias in Phocicis, atque adeo antiquiores  
græcos in honorem Deorum choreas maxi-

me celebritatibus publicis agitare solitos ex infinitis Autoribus probatur, verba sunt Cl. FEITHII Antiq. Hom. L. 4. cap. 5. hinc Satyri saltabundi finguntur, & ut verbo dicam tota de Satyris fabula ex antiquissimo *שעיר* cultu derivata esse videtur, quæ paululum considerabimus, & inde conjecturæ nostræ robur addemus.

§. 10. Equidem 1. respectu derivationis non est consensus inter Eruditos. Satyrum Heinsius a *סתר* latere, Perizonius a Chald. *סטר* latus, Clericus ab Arabico *سטר* molestiam inferre derivat. Alii tamen non minus Eruditi Philologi a *שעיר* derivant, inter quos ut alios taceream referendus est Cl. Vitringa P. in Commentar. ad Esai. 13. p. 414. ita dicens. *Ne longus sim, certissime intelliguntur Satyri, gentilibus sic dicti, estque nomen Satyr vel Satyrus ipsissimum Nomen hebraeorum שעיר vel Sa-ir littera t interposita, & adspirationem naturalem, quæ est in littera Y compensante, ut adeo necesse non sit comparare vocem cum hebraica minus recepta צורר ut Buxtorfius apud Bochartum; hæctenus Vitringa. 2. constat Bacchi cultum in Ægypto ortum habuisse, v. Herodot. L. 2. cap. 49. Plutarchum de Iside & Osiride p. 355. sq. & multis Bochartum in Phaleg & Hieroz. 3. Bacchus apud Euripidem & multis locis aliis *ταυροποιον* describitur:*

*Ἄλκ' ἢ ποτ' ἠόδα Θηρ, τελευτωσαι γαρ εἶν.*  
*Nunc fera factus tauri enim speciem geris.*

Alium locum Bochartus ex Plutarcho adducit, de mulieribus in Elide hunc hymnum Baccho canentibus ἔλθειν Ἡρω Διόνυσε ἄλιον ἐς ναον, ἄγνον συν χερσίν ἐς ναον, τῷ βοεῶ πεδὶ θυῶν ἀξίε' Θαυρε ἀξίε' Θαυρε. *Veni heros Bacche in sacrum Fanum maritimum cum gratiis in templum Bubulo pede ruens digne Taure, digne Taure.* 4. Satyri erant saltantes & salaces, hircus animal salacissimum 5. hujus Bacchi Comites erant Satyri, Sileni, Fauni, hi sine dubio primi illi erant, qui Bacchum rerum gestarum magnitudine celebrem post mortem in Deorum numerum retulerunt, cultumque ei instituerunt; homines autem fuisse Satyros illos testatur Lucianus Op. T. 2. p. 710. cuius verba prolixiora latine tantum dabo. *Generosissimus ille Bacchus semibomor nec materna stirpe græcus, sed mercatoris cujusdam Syrophœnicis, nempe Cadmi ex filia nepos, posteaquam immortalitate donatus est, qualis quidem ipse sit non dico, neque mitram, neque ebrietatem, neque incessum. Videtis enim opinor omnes, quam mollis sit & effeminatus natura, semi insanus statim a summo manerum spirans. Hic sodalitium univexsum nobis adscivit & adducto choro adest, deosque fecit Pana Silenum & Satyros NB. agrestes quospiam & caprarios multos, saltatores homines, & forma horribiles, quorum hic quidem cornutus, dimidioque corporis inferioris parte capram referens, barbaque promissa parum a hirco differt &c. confero elegantissimam gemmam hæc illustrantem quam in libello de Poësi Satyr. attulit, ο παῖν Καλαυ.*

Caubonus & Junge Cl. Bibliothecæ hujus pro-  
 mi condi Theod. HASÆI dissertat. Tom. XV.  
 Hist. Criticæ Massonii insertam, in qua mul-  
 ta erudite congesta observabis; Cum autem  
 constet antiquissimas gentes ejusmodi Saty-  
 ros credidisse, originem vel ex eo quam ma-  
 xime repetendam esse putō, quod Satyri illi  
 primitus fuerint homines plebi illudentes, &  
 sacrificiorum oblatione quæstum facientes,  
 nec enim vel hircos solos, vel dæmones fuis-  
 se credi par est, hinc Lucianus Tom. I. p. 369.  
 postquam narrasset Sophistas & Sacrificulos  
 narrare Deos quosdam metu hostium territos  
 in Ægyptum venisse, & inibi quasdam arie-  
 tis, quasdam hirci formas induisse, ad finem  
 colloquii hæc addit; hæc quæ ita a Vulgo  
 creduntur mihi postulare videntur *Ἰσ μὴ ἐπι-  
 πιησαν ἑδενός, Ἡρακλείτα δὲ πινὸν ἢ Δημο-  
 κλείτα.*

§ II. Hinc Viri docti, qui *סַטְיִרִים*, aut  
 hircos aut dæmones esse putant, nullam veri-  
 similem causam reddere possunt, qua ratione  
 factum sit, ut tot dissitæ Gentes fabulæ de Sa-  
 tyris fidem habuerint, qui enim dicunt dæ-  
 mones hircorum forma apparuisse, prudentio-  
 ribus nunquam satisfaciunt, nec meliores sunt  
 conjecturæ Cl. Casauboni & Vitringæ. Ille  
 de Satyr. Poësi lib. I. cap. 2. originem hujus rei  
 ita pandit. *Mera sunt delirantium Poëtarum,  
 deinde pictorum figmenta, in quibus nullæ esse potest  
 constantia; absit enim ut putemus extare ullos, aut*

extitisse anquam in rerum natura Satyros Silenos-  
 que, sed cum errans aut ludens natura, sicut ait Plinius,  
 hominem aliquando produxisset in lucem cum corni-  
 bus aut alia deformitate contra consuetas ipsi leges  
 notabilem, paulatim sibi persuasere mortales re-  
 rum imperiti, § naturali quadam inclinatione  
 generis humani ad *negelodoyia* § rerum mirabi-  
 lium fictionem iusta prona, nasci in Sylvis § abru-  
 ptis montium tale animalium genus, quod commen-  
 tum pari levitate a posteris acceptum § varie con-  
 cinnatum est atque a prioribus fuit excogitatum.  
 Ita Casaubonus. Cl. vero Vitringa putat ho-  
 mines vidisse in Sylvis animalia *αιγοπιθηκοες*,  
 simiis caprinae speciei similia, hinc putasse ea  
 esse daemonum speciem homini illudentem.  
 Sed quis non videt longe petitas & parum  
 verisimiles esse has conjecturas, quis enim  
 credat totam antiquitatem & Aegyptios sa-  
 pientissimam gentem, vel ex hoc solo ad-  
 cultum Satyrum motos fuisse, quod ali-  
 quando hominem cornutum quis viderit,  
 aut simias in Sylvis saltantes? cur non toties  
 totiesque observare potuissent, in locis ubi  
 magna horum copia erat, animalia tantum  
 esse? Sane qui cultum idololatrarum omni-  
 um paulo penitius considerabit, maximam  
 partem cuncta ad fraudem composita fuisse  
 perspiciet, inibique sacrificulos maximam  
 fabulae partem egisse.

§. 12. (g) Putamus autem, nos stante hy-  
 pothesi nostra rationem hujus rei longe pro-  
 ba-

babiliorem rei que naturæ convenientiorem  
 dare posse, quod denuo nostræ conjecturæ  
 pondus aliquod adjicere posset. Ego rem  
 ita concipio 1. credebant antiquissimi Idolo-  
 latræ duo esse contraria æterna rerum  
 Principia, Bonum & Malum quod ingenti  
 testimoniorum farragine probare possem,  
 nisi hic mihi otia fecisset Cl. Christoph.  
 WOLFIUS in erudito libello de *Manichæismo*  
*ante Manichæos*. 2. credebant malum princi-  
 pium variis sub formis hominibus illudere,  
 & præcipue in locis tesquis & desertis erra-  
 re. 3. ad augendam & fovendam hanc super-  
 stitionem quam maxime accommodatæ erant  
 sylvæ & luci. In lucis enim cultui profano  
 consecratis inusitatæ proceritatis & vetustatis  
 arbores, profunda silentia, sancta quædam  
 & nativa ruditas, arborum densitate fugata  
 dies, horrida spectacula, arbores Deorum ima-  
 gines referentes, credulos homines ad super-  
 stitionem commoverunt, iisque procul du-  
 bio Numinis ibidem latentis fidem fecerunt,  
 summamque reverentiam incusserunt. Ita  
 Seneca lib. 5. epist. 41. *Si tibi occurrit vetustis*  
*arboribus & solitam altitudinem egressis frequens*  
*lucus, & conspectum cæli ramorum aliorum alias*  
*protegentium submovens, illa proceritas sylvæ*  
*densæ & continuæ fidem tibi Numinis facit.* Vide  
 Eruditum Spenc. L. 2. cap. 6. 4. ut igitur  
 Sacerdotes hanc superstitionem confirma-  
 rent, & in suos usus converterent, sine du-

bio fraude & malitia usi sunt, nempe hirsutis  
 vestibus induti aut hircorum tergis contacti,  
 promissa barba, voce tetra & lugubri, gesti-  
 culationibus variis per sylvas hinc inde erra-  
 runt, inibique plebem credulam & præjudi-  
 ciis de malo principio captam confirmarunt,  
 dari nempe in Sylvis malos dæmones hircor-  
 um specie apparentes, quantocius igitur sa-  
 crificia offerenda, eorumque iram placan-  
 dam, aras igitur & idola tetras has dæmonas  
 repræsentantia astuti confecerunt. Nec res  
 hæc tum temporis difficulter ita componi po-  
 tuit. Finge tibi hominem superstitiosum & ti-  
 more dæmonum perculsum noctu per Sylvas  
 euntem. Is si viderit Eremicolam quendam,  
 aut lunæ lucem arborum foliis & ramis varie  
 reflexam, statim dæmonis imaginem sibi  
 præsentem sistet, & credulæ turbæ domum  
 rediens, magna vocis titubatione, fronte  
 mire ad metum composita, visum narrabit,  
 quo facto certe integra familia in opinione  
 confirmabitur. s. Tandem cum sacrificuli sa-  
 crificulorum allatorum copia laute saginaren-  
 tur & niterent, cærimonias multiplicarunt,  
 mystas instituerunt & inde fabulam hanc  
 longe lateque propagarunt, præprimis cum  
 magnam plebs fidem habuerit semper sacer-  
 dotibus. Si quis objiciat multum me conje-  
 cturis hic tribuere, non abnuam. Sed nil  
 hic finge quod non facillime fieri potuerit, qui  
 detestabilem fraudem Sacerdotum in oraculis  
 pro-

procudendis bene perpenderit, is, quam facile hæc fieri potuerunt, videbit: Et bone Deus quot fictas historias & ridenda miracula Romanenses sacrificuli plebi persuaserunt, quæ nec hodiernum e multorum mentibus eradicari possunt. Si quis jam omnia argumenta, quæ pro nostra conjectura attulimus, simul jungat, is, ni fallor fatebitur probabile esse nostros **שעירים** SACRIFICULOS fuisse.

§. 13. Sed ut nihil omisisse videar, dissentientium objectiones audiendæ sunt. Prodeat I. Cl. Vitringa in Commentar. ad Esai T. I. p. 414. ita, de iis qui hic dæmones videre non possunt, dicens. *Qui hoc Seculo nostro præ ceteris videri volunt sapere has & similes sententias adscribunt imbecillitati iudicii superstitiosorum & meticulosorum hominum, & ego illos facile sibi & suis sapere patior, dum ita persuasus sum, vulgares illas sententias ita explicari & defendi posse ut nihil habeant absurdi, sed veriplurimum, media quædam via est inter superstitionem & **δοκνησοφία** illorum hominum, qui quarum rerum aut **φαινομένων** causas non vident, eas ipsis res aut **φαινομένων** fidenter negent, quod a meo ingenio alienum est. Ignorantia nostra & iudicii imbecillitas modum non ponunt divinæ providentiæ ejus, quæ mirabilis est ad hanc normam exigere.* Hoc Cl. Theologi iudicium in genere consideratum prudentissimum & modestissimum esse quis neget? Inconsulti illi sunt, qui omnes veterum opiniones a nostris hypothesis abhor-

rentes damnant, easque ad nostros conceptur  
 formari volunt; Sane bene ageretur cum  
 Religione Christiana, si illi qui S. S. interpre-  
 tantur, simplicem ejus sensum sequerentur,  
 nec hypotheses philosophicas incertas sæpe  
 pro norma multarum Interpretationum ha-  
 berent. Inspecie imprudentes sunt, qui ea  
 negant, quorum inadæquatos minimeque  
 perspicuos conceptus habent, hinc nun-  
 quam Cl. Bekkeri opinionem ex natura Spi-  
 rituum maxime, de eorum operationibus  
 ratiocinantem amplecti potui, partim, quod  
 tota nostra de regno Spirituum cognitio ob-  
 scura & debilis sit, partim, quod sæpius  
 contra bonæ interpretationis leges S. S. in-  
 terpretur. Interim tamen prudens veritatis  
 indagator non postulabit, ut insolita finga-  
 mus, ubi nulla sunt, aut, ut veterum opi-  
 niones sine examine admittamus quascunque,  
 vel ideo tantum, quod olim multa insolita  
 fieri potuerint. Non hoc quæritur inter  
 me & dissentientes, utrum existant substan-  
 tiæ quædam humana potentiores, generique  
 humano inimicæ, nec utrum aliquam in hæc  
 inferiora potestatem habeant, sed utrum in  
 explicatione quorundam locorum S. S. ver-  
 sio *1<sup>av</sup>* LXX. nulla Autoritate & versionis  
 bonitate subnixa sequenda sit, vel potius sen-  
 sus hebraico idiomati, & rei naturæ confor-  
 mis quærendus; Nec sequitur hic vel ille in  
 quibusdam locis dæmones non videt, Ergo  
 pror.

prorsus eos negat. Scimus Cl. Theologum F. Junium per שְׂעִירִים *scopes* intellexisse, nec ideo tamen temeritatis aut δολοσποφίας crimen quisquam ei jure impinget.

§. 14. Tranſeo erga ad alia. Amicus; cui hanc meam conjecturam communicavi quædam contra eam monebat: ait ille Levit. 17:7. expresse dici Ægyptios sacrificasse τῶν שְׂעִירִים, jam autem sacrificia non offerri sacerdotibus, sed Diis, imo 2. Chronic. XI. aperte sacerdotes ἀποὶν שְׂעִירִים distingui. Sed hæc cum sententia mea pugnare non videntur; non nego duobus citatis locis de idolis agi & sacrificulos ab iis distingui, sed cum consentientibus omnibus diversa, voce שְׂעִיר significantur, ego argumentis adductus primariam vocis originem, qua hirsutum denotat, servavi, ideo quia Jesaiæ locis quam maxime convenire videtur. Pergit ille Ægyptii multa animalia, feles, bovem, canem &c. coluerunt, jam cultus hircorum similem originem habet, ergo Sacerdotes esse non possunt, cum idem respectu aliorum animalium dici deberet quod absolum. Sed si vel maxime rationem reddere non possem, qua ratione omnis hic Ægyptiorum cultus superstitiosus ortus sit, non inde sequeretur ergo cultus τῶν שְׂעִירִים non ea, qua dixi, ratione sciri potuit, in genere a Paulo discimus, quod δοξάν τε θεῶν ἀφ' ἑρῶν mutarint ἐν ὁμοιωματὶ φθαρτῶν ἀνθρώπων καὶ πετεινῶν, καὶ τετραπόδων καὶ ἑρῶν.

ἑρπετων, hoc nobis sufficit, rationes autem singulares omnium hujus rei circumstantiarum nos latent; Interim cum fraudes sacerdotum gentilium perspectæ sint, nihilque absurdum in mea sententia inveniatur, ferenda est, usque dum certiora hic habeamus. Contra loca Esaj. 13. & 34. excipit ille. Cur Sacerdotes horrendis bestiis in sylvis degentibus jungantur? Sed hanc ipsam objectionem jam contra eos qui dæmones esse statuunt, rectori, ut autem directe respondeam, dico hic ad scopum solummodo Prophetæ respiciendum esse, qui id tantum dicere vult, loca hæc fore summe desolata, hominibusque incussura horrorem, quod ipse Cl. Vitringa agnoscit, nec ultra igitur extendenda verba. Cum autem aliunde constet, sacrificulos solitos sylvis inerrare, in ibique varia Idololatriæ Instrumenta fuisse, mirum non est, si hic cum bestiis in sylvis degentibus jungantur.

§. 15. Postquam hæc jam in chartam conjeci video Cl. CLERICUM Biblioth. Selectæ Tom. 3. quædam contra explicationem locorum Levit. 17. & 2. Cronic X. monuisse. In explicatione locorum Jesaj. 13. & 34. mecum consentit, nullos hic dæmones intelligi debere. En effet ait ille, רעש signifie proprement vela & se prend communement pour un boue. *Ce n'est qu'en suivant les idées des Payens, qui croyoient, que dans les deserts, il y avoit*

avoit des Pans & des Satires, que les Interpretes grecs ont traduit ici des demons; en quoi neanmoins ils ont ete suivis de plusieurs autres interpretes. Ces memes idees grecques leur ont fait trouver la des Sirenes & des Onocentaures qui sont des animaux fabuleux. Ad locum autem 2. Chron. XI. quem nos cum V. DALEN de idolishircorum formam habentibus explicuimus, objicit Cl. Vir, quod cultus vitulorum expresse in SS. nominetur, de statua autem hirci a Jeroboamo posita altum esse silentium, jam autem minus probabile esse Deum hircorum cultum Jeroboamo non exprobraturum fuisse, cum id fecerit respectu Vitulorum. Sed præterquam, quod ex silentio scripturæ hic non satis certo, argumentari possimus, hæc objectio ipsum ferit Cl. Clericum, si enim Jeroboamus dæmones quosdam malos æque sub forma hircorum ac Vitulorum coluit, quæ ratio esset, ut Deus unum exprobaret, de altero sileret? deinde haud improbabile est, vel ideo cultum vituli toties Jeroboamo objectum, quod Deus singulari quadam ratione Crimen Israelitarum olim commissum & iram contra intentatam in memoriam ei revocare voluerit. Instat tamen Cl. Vir, dicendo; Zabios sub forma hircorum inconspicuas quasdam naturas coluisse, hinc Judæos recte dicere posse eos dæmonibus malis sacrificasse, sed vellem i. ut Cl. Vir expressum locum ex Antiquitate petitum attulisset, quo  
con-

constaret Ægyptios sub imagine hirci inconspicuas quasdam naturas coluisse, nec enim testimonia Maimonidis de Zabiiis allata ipse Cl. Vir amplectitur, quod ex indice philologico ad *Stanlej. Hist. philosophiæ Orientalis* patet. 2. si vel maxime inconspicuas quasdam naturas coluissent Zabii, non inde tamen sequeretur eos eam de iisdem ideam habuisse ac nos de spiritibus malis, quod ipse alicubi in *Arte Critica* monet, hinc cum ipse supra moneat opinionem LXX. Interpretum de dæmonibus malis Satyrorum instar in *Sylvis degentibus* confictam esse ad opiniones græcorum, nescio qua ratione *Esaiæ* hanc mentem tribuere possit, præsertim cum quid *Judæi* tum temporis de dæmonibus malis senserint, non adeo apertum sit, tandem quemadmodum vox *לַי* semper aut vitulum aut idolum hujus formæ, non inconspicuas quandam naturam notat, ita simili ego ratione puto, vocem *שעיר* hac in parte præter hircum hirsutum, vel idolum hirci nil significare. Certe hic exacte ratiocinari non licet, dum multa nobis incognita sint. Interim quicquid sit, hæc non impediunt, quominus *Conjecturis* hic locus sit. Nec tamen cum quoquam hac de re litigare velim. In omnibus modestè dissentientes ferre possum. Contentiosos, quique omnem novam opinionem eamque innocuam detestantur, & invidiosè consequentiarum *συμματα* urgere so.

solent, indignos puto, quibuscum confera-  
 tur. Non agitur hic de Articulis Religionis  
 cum salute connexis, sed de vocabuli Hebrai-  
 ci significatione. Per me ergo perinde est  
 utrum per שׂעירִים hircos, dæmones, scopes  
 aut aliud quid intelligas, modo mihi permit-  
 tas in citatis Esaiæ locis Zabios Sacrificulos in-  
 telligere, usque dum me deceptum  
 fuisse videam.



VI.

J. C. HARENBERGII,  
 Commentatiuncula de  
*Oratione per spiritum & ve-*  
*ritatem*

ad JOH. IV. 23. 24.

Conspectus §. 1. Oeconomia N. T. clarior. §. 2. Do-  
 ctрина etiam de trinitate. §. 3. Christus est *veritas*.  
 §. 4. Spiritus S. dicitur πνευμα. §. 5. Pericope  
 nostra de oratione ad trinum Numen agit.

§. 1. Ve-

**V**etus Testamentum umbram exhibebat, N. Test. vero ipsum adumbratæ imaginis corpus. Summum bonum, Deus, in N. T. benignius delineatur & tranquillius. Felicitas sempiterna potissime urgetur in fœdere novo, in veteri typus, Cananæa & exterior prosperitas. Media & adminicula salutis, meritum Messæ & fides integra ac fructuosa in illud defixa, clariori heic jubare radiant, sublato cerimoniarum & mundi elementorum onere, cui nemo erat ferendo, quodque partim desiderium Messæ incendere liberatoris, partim instar plagosi pædagogi ad libertatem anhelantes adducere debebat, Judæis ipsis omnia sacrificia regno Messæ denegantibus præter victimam gratiarum actionis & laudis, adeo ut tunc *καὶ ἐπὶ τῆς αμαρτίας ἀπολείπηται ἴσσια*, non amplius pro reatibus & culpis residuum sit sacrificium mactandum Ebr. X, 26. Lex etiam naturæ jam splendidius coruscet ablatiis legibus fœrensibus, ad terram certam tempusque definitum spectantibus, & cerimoniis multo copiosissimis dissipatis, quibus universalis naturæ sanctio multum obscurabatur. Mortalium pauci ad internam animi integritatem adspirabant; plurimi in externis statutis temere tantum desudabant,

Quin

Quin etiam ipsum Numen erat magna ex parte כּלְיָ occultum, & in tenebris habitabat, umbris typisque ad docendos pueros duos effrenatosque indulgens. Trinitatis mysterium quidem ita hic & ibi erat depictum, ut Judæi inde satis convinci possint, quorum etiam multa circumferuntur dicta, altius quiddam spirantia, quæ tamen, ne ludibrium hostibus debeamus, curate inspicienda & caute adhibenda sunt. At in N. T. tanta hujus doctrinæ lux effulget, ut mirandum sit, quomodo Socini, Arii & Episcopii quædam soboles ad illam caligare possint & velint.

§. 2. Joannes adeo vividis coloribus effigavit dogma de *Trinitate*, ut Fanatici duræ videantur esse cervicis, qui tres personas in unita essentia negare queunt, & *vocem* inique exagitant. Ignatius, Polycarpus in rogo, Justinus Apol. 2. aliique patrum priorum pro Orthodoxis semper habiti, trinitatem venerati sunt. Conf. *Georgi Bulli Defensio fidei Nicenæ* & Jo. Jac. Lungershausen Progr. de *Doxologia patrum contra Whistonum Anglum* Mulhusæ 1716. §. aliosque, quos dedit Zach. Grapius in *Theologia recens controversa*. Nec desunt scintillæ hujus æternæ veritatis in ipso Alcorano, licet ab auctore obscuratæ sint. Vid. *M. Matth. Georg. Schröderi Muhammed testis veritatis contra seipsum* c. 3. §. 25. Egregie ex Judæorum scriniis huc faciunt, quæ Celeberr. J. Andreas Danzius de *Tribus*  
 Class. VIII, Fasc. II. Y Elo-

Elohim commentatus est, nec non P. Allixius von dem Zeugniß der alten Jüdischen Kirchen von der Heiligen Dreieinigkeit.

§. 3. Christus dicitur αληθεια, αμην, Joh. XIV. 6. Ap. XXII. 20. I. 18. III. 14. יהא יתלך Ef. LXV. 16. quod est secundum Kimchium יהא יהא Deus veritatis. Φως το αληθινον Joh. I. 9. αληθινος θεος 1. Joh. V. 20. αληθινος Joh. VII. 38. ο αληθινος Ap. III. 7. πνευμα και αληθινος v. 14. &c. nam θεος ζων και αληθης 1. Thess. I. 9. eum miserat, & πνευμα της αληθειας Jo. XVI. 13. & ipse erat plenus gratiae & veritatis Joh. I. 14. testans ea, quae erant veritas v. 33. nam verbo divino inest veritas XVII. 17. & in ipso est veritas theoretica & practica, quam in doctrinam quoque suam derivavit & a discipulis requirit Eph. IV. 21. ut enim veritas intellectus complectitur complexum innumerabilem notionum distinctissimarum rebusque omnibus adaequatarum; ita Christi intellectus est purissimus quia Deus est lux (i. e. ipsa cognitio omnium rerum simul praesens) & nulla caligo (ignorantia vel παροραμα) in eo est 1. Joh. I. 5. Obstupeamus sane, si ea ponderemus, quae pro admiranda intellectus divini amplitudine ac profunditate solide disputat Christianus Wolfius in *specimine Physicae ad Theologiam naturalem applicatae*, quod sistit notionem intellectus divini per opera naturae illustratam & in *Metaphysica*

sica c. 6. §. 956. Quod si libeat per opera gratiæ Dei Christique intellectum infinitum demirari, nova non minoris ponderis sese offerent momenta. Licet enim gratiæ illa opera sint supra omnem numerum & commemorationem constituta, non tamen temere agit, qui pro amplificanda illa gratia argumenta collegit. Ponamus igitur cum Weigelio in *Erdspiegel* incolas orbis esse simul 10000000000. & intra 5000. annorum spatium orbem ita semper fuisse impletum, quod salvo errore fieri potest, si ceteros 700. annos negligamus pro Adami prima multiplicatione & Noachidarum fecunditate. Quodsi porro singulis centum annis mortales omnes ter interire novosque colonos succedere statuas, quod ob multorum parvulorum obitus fieri potest, homines habebis 15000000000000. Cogita singulorum hominum cogitationes esse 10000000000000. qui numerus facile est justo minor. Perpende singulorum gressus & motus, singulorum capillos singulos, quos Christus omnes novit & numeravit, actiones permultas, particularum humani corporis infinitam multitudinem, quarum singulæ, microscopia lævissima & curatissima fugientes, integrum faciunt systema, non necessario cum aliis combinatum, & præ innumerabilibus aliis possibili- bus electum. Hæc omnia & singula ad Christi gratiam universalem, & curam ab

orbis exordio spectarunt. Adde ex regno gratiæ specialis omnes gemitus, lacrymas, verba precum & canticorum, omnes vias piorum singulorumque articulorum motus, quos Christus custodit, præterea etiam omnes particulas in resurrectione universali ad restituenda corpora necessarias pro tot hominibus, immo totius orbis conformationem ad actionem fidelium, in quo tot & tam innumerabilia sunt corpora corporumque particula. Valeant Cyrus, Themistocles, Franciscus I. alique, quorum felicissimas memorias Hieron. Drexelius in *Aurifodina* prædicat. Christi intellectus & memoria sunt stupore potius digni, in quibus nullus error, sed lux purissima & distinctissima veritas. Præses judiciorum penes Ægyptios gestabat in collo simulacrum, ex aurea catena dependens, e lapillis pretiosissimis, cui *Veritas* nomen, teste Diodoro L. I. c. 75. Summus Pontifex Ebræorum in sincipite conspicuam præferabat laminam, cui *קדש ליהוה* *veracitas Dei veri* inscriptum. Nec carebant vates, & Judaici & fatidici Gentium, auctoritate veritatis; nequid de *ισπογραμματα*, *προφηταις*, scribis & prophetis Ægyptiorum referam. Christus, cui omne iudicium traditum est, verum fert iudicium; Idem *αρχιερευς* singula novit & summa veracitate instructus est; Idem instar præclarissimorum prophetarum erat, futura certo prædicens

cens ac exsequens. Quare optimus Sospita-  
tor summo suo pro merito ἀληθεια & ἀληθινος  
dicitur.

§. 4. Nec est quod de eo dubitemus, quin  
Spiritus sanctus nude & citra vocem addi-  
tam vocetur *spiritus*, e. g. 1. Cor. XII: 4. 7.  
8. 9. 11. Act. II: 4. &c. idque partim ob ἀνε-  
μων βιασιν, רוח מרחפת Gen. I: 1. Act. II: 2.  
per quem præsentiam suam distincte fecit te-  
statam, partim ob æris ventique stupendos  
ineffabilesque effectus, quorum sub symbo-  
lo vehementissima lenitas *spiritus sancti* adum-  
brari potest. Non est infitiandum, vocem  
רוח, πνευμα, sæpius corporibus opponi, nunc  
omnibus, nunc tantum crassis, & ab anti-  
quissimis Philosophorum, Ægyptiis, Chal-  
dæis, Thalete, ac Cabbalisticis extraordinariam  
quamvis ætuoositatem spiritibus, non conspi-  
cuis, tribui, adeo ut πνευμα, רוח καὶ ἐξοχην  
sumptum denotet *non apparentem extraordi-  
narii motus auctorem*. Spiritus sanctus vero  
α) non incurrit in oculos, nisi per opera β)  
extraordinarios edit motus in patrandis mi-  
raculis, emendandis hominum animis &  
conservatione ecclesiæ γ) & ipse princeps  
est spirituum.

§. 5. Nemo vero venerari recte novit  
patrem, nisi id fiat per filium ejusque re-  
conciliationem Rom. III: 25. rursusque Je-  
sum haud licet agnoscere dominum, nisi per  
spiritum sanctum 1. Cor. XII: 3, nam *per Chri-*

stum & Judæi & Ethnici conversi *aditum habemus in uno spiritu sancto*, qui nostros animos reddit concordēs, *ad patrem Eph. II: 18.* adeo ut sericæ Deoque complacitæ preces simul ad patrem filiumque & Spiritum dirigendæ ac convertendæ sint. Ubi igitur singulis vocabus suum pondus inest proprium, ad super-  
 vacuum Pleonasmum haud est delabendum. Nonne vero Pleonasmus foret, si Christus dixisset: *Veri adoratores patrem adorabunt in veritate?* Nam dum προσκυνήτας vocat ἀληθινούς, nonne adoratores vere & sincere adorantes jam intelligit? Liceat igitur Joh. IV: 23. 24. interpretari: *Sed ita instat tempus & jam præsto est, ut veri adoratores adorent Patrem per Spiritum sanctum & Veritatem ipsam Jesum, nam Pater delectatur ejusmodi cultoribus sui. Deus est spiritus, & qui adorant eum, eos oportet eundem per Spiritum intus operantem & Veritatem Jesum redemptorem adorare.* Adde quod de salute per Judæos fuerit sermo v. 22. & N. T. ingenuum preces fundendi ritum sospitator optimus traditurus erat, ut liquet ex voculis: *Instat tempus.* Patrem, sæpe cum integritate spiritus, hucusque adoraverant Judæi, ut ex omnibus eorum precibus liquet, & qui cum Daniele adjecissent paucula de Messia, erant paucissimi, & fere nulli. De Spiritu sancto in Judaicis precibus altum erat silentium, & per eum prophetiam minoris gradus intelligebant.

*Isebrandi Eilardi HAR-*  
*KENROTHII,*

Periculum criticum,

quo

ΛΕΒΗΔΩΝ HESYCHII, aliaque ejus de-  
pravata loca explicantur.

§. I.

**Q**uamvis summi Viri certatim HE-  
SYCHIO, optimo Grammatico  
Græco, medicas contulerint ma-  
nus ope Divæ Critices, ex-  
tant tamen in illo adhuc loca  
plura vel intacta vel desperata iis, quæ inter  
duo selegit THEODORUS HASÆUS, cujus  
verba, quæ Class. VII. Fasc. II. hujus Bibliothe-  
cæ annexa sunt, adscribere non gravabor.  
„Locum quendam Arabiae, ita describit  
„Hesychius; Λεβιδων, ποπος, εν ω εδυσιαζον οι  
„κατα την Λιβανησιαν Αραβιαν Μωαβιτην. Ita  
„vulgo legitur. At hæc corrigenda dicas  
„ex Glossario MS. quod sub Cyrilli nomine in  
„Bibliotheca publica Bremensi exstat. Ubi ita  
„scriptum est. Λεβηδων, ποπθ εν ω εδυσιαζον  
„οι κατα την Λιβανησιαν Αραβιαν Μωαβιται. Cui  
„etiam

„etiam conveniunt Lexicon MS. Cyrilli Ba-  
 „roccianum, quod Oxoni in Bodlejana affer-  
 „vatur. & Phavorinus, nisi quod apud hos  
 „exigua variatione pro *Αραβίαν* legitur *Ἀραβ-  
 „βίαν*. *Hesychius* paulo ante locum adductum  
 „hæc quoque habet; *Λεβηδων, τοπος των Λευι-  
 „των ενθα εδυσιαζον*. Cum nusquam apud  
 „Geographos Veteres illius loci *Λεβηδων* di-  
 „cti invenire potui vestigia, haud exi-  
 „guam a me inibit gratiam, plura me de  
 „illo, & simul, qui per illos *Hesychio* me-  
 „moratos *Λευιτας* intelligendi sint, docere  
 „placuerit.

§. 2. Præoccupent animum nostrum hæ  
*υπολήψεις* (I.) quod si vel ipso solis curru la-  
 straret quis totum terrarum orbem, vel (ut  
 ajunt) alatis draconibus cum *Triptolemo*  
 per omnes gentes circumferretur, nullam  
 inveniri posse *Λεβηδων τόπον*, nec usquam  
 terrarum fuisse. Non enim huc pertinet  
*Lebedos* Joniæ Urbis *Herodoto*, aliisque me-  
 morata. (II.) Quemlibet scriptorem, etiam  
*Hesychium*, esse verborum suorum optimum  
 Interpretem, foret adeoque supravacaneum  
 aliorum operas sollicitare, cum ipse Gram-  
 maticus idoneam administret. (III.) Lite-  
 ras majusculas Α & Δ sæpius incuria oscitantis  
 vel nimium festinantis Librarii esse in textu  
*Hesychii* vitiose mutatas, vel quandoque in  
 quibusdam Codd. exesas, injuria temporis:  
 deinde amanuensem, ex ore dictantis, qui  
 ex-

excepit, pronunciationem & ai affinem Alexandrinis quandoque fefellisse. Videbuntur in Criticis versatiori ne quidem hæc præmonenda, cum toto & omni die exempla occurrant, quæ ita suadent sentire, è re tamen mea fore duxi animum Lectoris hisce præoccupare, ne in sequentibus iis pressius inhærendum esset.

§. 3. Jam ex ordine quæsi præscripto institutam facere periculum tractaturus primum illum locum, ΛΕΒΙΑΩΝ dicitur locus, in quo Moabite sacrificarunt; quippe pro Μωαβίτην, in Edit. vitiose quod habetur, etiam dudum δ Πανυ Salmasius Μωαβίται legendum censuit, cum quo sentio, accedente adhuc auctoritate Glossarii MS. in Bibliotheca publica Bremensi & Lexici MS. CYRILLI in Bodljana ac Phavorini restituendum Hesychio nostro Μωαβίται quisque videt. Statim in Moabide hunc locum quæsi, subiit enim animum meum conjectura, fuisse in eo sedem religionis Moabitarum avitæ & aram positam, in quo gens hæc Diis suis sacra rite faciebat olim, fluctuabat animus mihi, consulebam Grammaticum, fere præstrinxissent oculos meos illa Hesychii, ΜΩΑΒ ΛΕΒΗΣ ΤΗΣ ΕΛΠΙΔΟΣ ἔλων ἔθνων τὸ σύστημα διὰ τῆς τῆ Μωαβ προσηγορίας ἀνιτέλειαι. Θυσία ἀληθινὴ, τῶ περὶ τῆ θεῖς πνεύματος θερμοαινομένη. Non dubitabam, quin Grammaticus in animo habuerit illa Poetæ sacri, juxta versionem Ἰωὴ δ. Ps. LX: 10.

CVIII: 9. מואב סיר צחצח *Μωάβ λέβης τῆς ἐλ-  
 πιδος* nimirum Græci Interpretes verbum  
*spei* censuerunt πὸ γηη, prout adhibetur  
 D. n. III: 28. & à Ch. Idæo Paraphraste pro  
 מואב & סיר, quod Philologi dudum mo-  
 nuere; hærebam autem de iis, quæ se-  
 quuntur *θυσία ἀληθινή* &c. nec hæctenus  
 sum affectus, aliquando inciderat hæc  
 conjectura ad hunc nostrum locum, quem  
 tractamus, pertinere & pro ΔΕΒΗ ΔΩΝ esse  
 restituendum Grammatico ΔΕΒΗΣ ΜΩΑΒ,  
 non poteram sensu commodo explicare,  
 adeoque rejeci illam, nec me hæctenus pœ-  
 nituit jacturæ.

§. 4. Deinde ex certioribus prædicatis  
 cum sit huius loci notitia verior petenda,  
 quæsi in Moabitide & ubinam sacra fece-  
 rint Moabitæ, suæque religionis posuerint  
 sedem, suggerebat ipse *Hesychius* locum,  
 quem producam ΔΕΗΒΩΝ *ῥύσις ἐρμηνεύεται. ἔστι  
 δὲ τὸ πρὸ ἐνθα ἰδρυταὶ ἱερὸν Μωαβιῶν, non Μωα-  
 βιῶν* ut in *Edit.* vitiose legitur. *Sopinius*,  
 Vir sane eruditus, scribendum ΔΕΙΒΩΝ cen-  
 suit & hujus fieri mentionem. *Num. XXXII:*  
 3. monuit, sed quid *ῥύσις*? interrogat. An à  
 מואב vel potius מואב pro מואב ut vult *Coccejus*, notan-  
 te *Schrevelio*. Nondum huic immorabor, po-  
 tius quæ è re mea forent, monebo. Intel-  
 ligimus jam Templum Moabitarum fuisse  
 in Δειβῶν vel Δειβῶν ex mente *Sopinii*. Un-  
 de autem *Hesychius* hauserit Templum Moa-  
 bitis

bitis sacra facturis fuisse in *Dibone* vel apud hanc urbem, inquiramus.

§. 5. Urbes à Rubenitis & Gaditis occupata Cananæa possessas & inhabitatas in regione Transjardenensî fuisse olim Moabiticas, non attinet dicere, quia notissimum. Sollicitabam operas *Eusebii* & *Hieronymi*, qui in Visione contra Moabitida *Jesaiæ* & *Hieremias* memorari Urbem hanc auctores fuere. Vide *Jer.* XLVIII: 22. & *Jes.* XV: 2. Posterior citatus Vir Divinus declamat sententiam gravem Dei prolatam de Moabo & hujus regione, incolis & Urbibus singulari judicio tremendo affligendis, quam hisce orditur. *Omnino noctu vastatus est Ar Moabi, excisus est. Certe noctu vastatus est Kir Moabi, excisus est. Ascendit הבית וריבון הבמזרח in Templum & Dibon & ad excelsa, vel aras.* (Omnia enim ara vel sacra domus ædificata Deo alicui Gentium Mundi במה sæpius dicitur ex observatione plurimorum Eruditorum Virorum, cui non habeo quod addam.) Græci Interpretes vertunt ἀπολείται γὰρ καὶ Διβὼν, ὁ βωμὸς ὑμῶν. Citante Summo Viro *Joh. Seldeno* de *Dis Syris* Syntagm. II. cap. 12. p. m. 265. LXX. Seniores νεβων pro Διβων. Omnino recte Δεβων legendum conjecit & *Nebo* in hac urbe fuisse cultum numen videbatur ipsi, cui non adsentior, quippe *Camasch* solem Moabitæ summum Numen divino honore fuerunt prosecuti. Jam sumus assecuti, unde

de sumserit Grammaticus in ΔΕΗΒΩΝ quod in ea fanum Moabitarum fuisse referat.

§. 6. Jam verum hujusce Urbis situm definire deberem, si possem, nec subterfugio aliorum judicia æqua & recta, modo liceret hisce, quæ autem de situ hujus notata monebo, ubi evicero *Dbo* & *Dibon Gad* Mofi *Num.* XXXII: 3. 34. XXXIII: 46. eandem esse urbem, vel villam, hoc sensu, ut itatio castrametantis Israelis ad *Dibon* vel *Dibon Gad* fuisse probetur, tam liquido, prout dabitur ex monumentis Historiæ Sacræ, non enim alicujus animum deberet suspensum tenere auctoritas *Eusebii* & ex eo *Hieronymi*, horum enim fides omnino laborare debet, quando major & dignior obstat Historiæ Sacræ: deinde dubium mihi non adeo *Canaanæam* urbibus & villis frequentem fuisse, ac constans fert summorum Geographiæ sacræ peritorum & de ea illustranda bene meritorum, quamvis Magni Nominis Virorum, traditio, persuasi, cujus rationem unam exponat hoc leve specimen. *Dibon* ad urbes Rubenitarum & Gaditarum regionis relata, inter *Ataroth* & *Jaërer* Mofi memoratur. *Num.* XXXII: 3. jungitur huic *Dibon* בית דבון על מען & excelsa *Aræ Baalis* & Templum *Baalis Maon* vel *Meon* (conf. *Jes.* XV: 2.) *Jos.* XIII: 18. hæc autem à Gaditis condita ac possessa. *Num.* XXXII: 34. adsciscit nomen *Gad* & cognominatur *Dibon-Gad.* XXXIII: 46. quam-

quamvis per *περίληψιν* sic dicta censeri debeat,  
 sita inter *העברים עיי* tumulos Abarim *finium*  
 & *אלמן דבלתים* Almon Diblathaim. *vs.* 46.  
 (quasi *manipulus palatharum*) erat autem locus  
 stationis *העברים עיי* tumuli Abarim in limite  
 Moabi idos versus aquilonem, *Dibon Gad* in  
 confinio regionis Rubeniticæ & Gaditicæ sita  
 censeatur, nec erit, quod impedit. Obi-  
 ter observandum duxi ad locum *Jes. XV: 7.*  
 ubi describit Vates singulare Dei iudicium  
 exequendum erga Moabitas, *Ideo divitias*  
 quas quisque *lucratus est* & *substantias illarum*  
*הערבים על נחל* in vallem Arabim portabunt,  
 novi quid Interpretes & non ita pridem ὁ  
 Πανυ VITRINGA P. ad *b. l.* fuerit commen-  
 tatus, an obstaret quidpiam, si conjecerim  
 perinde *ערבים* & *עברים* indicare, ut in-  
 telligi deberet *vallis finium*, in tumulis Abarim?  
 sola *μετάθεσις* literarum *ר* & *ב* non poterit  
 impedire ac *2. Sam. XV: 28. XVII: 16.*  
*scribitur בערבות המרבר* legitur *בערבות* nec  
 infrequens venit hæc literarum *μετάθεσις* in  
 nominibus urbium & locorum propriis, &  
 omnino observari debet, conducit enim  
 Topographiæ Sacræ illustrandæ, cujus unum  
 alterumve exemplum satis luculentum *ὡς ἐν*  
*περίλω* promam. Memoratur Josua, sepul-  
 tus *XXIV: 30. in termino possessionis ejus* (conf.  
*XIX: 50.*) *בתמנת סרה* in Thimnath-Serach,  
 quæ est in montano Ephraim. Verum in Libro  
*Judicum II: 9. בתמנה תרם* in Timnath-Cheres  
 in

in montano Epbraim tumulo conditus refertur. Observes in nomine hujus urbis proprio transpositas literas סרה & חרס, eadem urbis *Thumnath-Serach* & *Toimnath-Cheres*; nec potest quis in eo hærere. Huic liquido satis jungam aliud, quamvis non adeo obvium. *Gen. X: 19.* limites terræ, quam Canaanis filii & nepotes indigenæ possederunt, describuntur, hisce, *Et fuit terminus Canaaneorum à Tzidon dum venis Gerarab usque ad Azab, dum tendis Sodomab & Gomorrab & Adamab & Tzeboim ושל-רע usque ad Lascba.* ΛΑΣΑ Eusebio (non Λασών ut legitur in *Edit.*) ὄρων τῶν χαναναίων περὶ τὴν Σοδομίτην ut recte emendavit. *Celeb. Clericus*, qui de urbe hac sententiam dixit. *Quest. Hieronym. III. §. 16.* Falitur autem *Hieronymus*, cui *LASA*, terminus *Chananeorum* circa *S. donem* dicitur. Sed *Sodomam* substitui debere, nos monuit *Vir summus HADR. RELANDUS Palestin. Illustrat. Lib. III. p. m. 871.* ו & ס cum sint literæ ejudem organi, quid impediet וס *Peirram* intelligere sitam in extremo limite australi regionis tribus Judæ post divisam terram. *Jad. I: 36. 2. Reg. XIV: 7.* & quidem in valle, quam lacus Asphaltites alluit.

§. 7. Sita autem hæc *Dibon, Dimon, Dibon-Gad* in campestri regione fuit. *Jos. XIII: 9.* non ita procul fluvio Arnone & urbe *Chesbone* ad euronotum, nimirum *Chesbon* ab *Imoræis* occupata & vastata ad *Dibonem*

nam refertur. Num XXI:30, quem situm ubi  
 mecum revolve, vix me abstinere e possum,  
 quin credam לדרב *Lidbir* dictam *Jos. XIII:26.*  
 fuisse eandem urbem, vel huic proximè vi-  
 cinam, peritiores, si velint, inquirant,  
 jam *D bon* & *Beth-Baal* (Templum Baalis) &  
*Bamoth-Baal* (Aræ-Baalis) non adeo longe  
 invicem distitisse credas velim. Novimus  
 olim Deo Tutelari & Domestico Populi vel  
 Urbis ad portam Templum & Aras positas  
 perhiberi possum, ut se hujus Numinis fa-  
 vore & præsidio tutos fore cives persuase-  
 rint. Ut autem uno exemplo probetur, pro-  
 mam illud, quod liquidum satis ex Libro  
*Judicum VI* in Historia notabili illustris *Gi-*  
*deonis*, cui urbs natalis עפראב *Ophrah* (a)  
 in

(a) Hæc num adeo anxie veniat distinguenda ab illa  
 Benjaminis valde dubito, quamvis summi Viri sic  
 sentiant, ne autem quis absque idonea ratione me  
 animum de ea suspensum tenere præsumeret, re-  
 volvat mecum, regionem dimidiæ Menassitidos fu-  
 isse in Ephraimitide, seu Ephraimitas è medio for-  
 tis Menassien suas occupasse urbes *Jos. XVI:9.* ad-  
 eoque unam regionem communem Ephraimitis &  
 dimidiæ tribui Menasseh hæreditariam cæssisse.  
*XVI:1.* Jam hujus termini sigillatim descripti non  
 extant, quantum scio, limitem vero australem re-  
 gionis Ephraimitarum & dimidiæ Menasseh tribui  
 communis incidisse in borealem tribus Benjami-  
 nis, à *Jardene* per aquas *Hierichuntinas* protensum  
 versus *Bethel*, *Ataroth*, confinia *Beth-Choronis* infe-  
 rioris & *Gerer* usque ad *Mare Magnum* patuisse  
 le-

in Menassitide. vs. 11. VIII: 27. extra hujus Urbis portam extructa Baali, Deo Tutelari, Ara ludo circumsepta. *Jud.* VI: 25. 28. 30. avitæ religionis sedes. Jam *Dibon*, *Bamoth-Baal*, *Beth-Baab*. *Meon* (*Jos.* XIII: 17.) seu *Beth-Meon* (*Jer.* XLVIII: 23.) *Baal-Meon* (*Jechezk.* XXV. 9.) urbes, villas contiguas, imo ad *Dibonem* pertinuisse crederem, fuisse in iis locum conventus Populi Moabitici, *Camoscho* Deo suo Tutelari (ut videtur) sacra facturi ritu solenni. Nec obstat singulas villas à *Dibone* diversas memorari &  $\text{רַי}$  urbem dici, quippe vel unum domicilium, una casa in agro, vel cumulo aggestæ terræ vel sepe, distincto hoc nomine venit. *Conf. Gen.* IV: 17. 2. *Sam.* V: 7. Intelligimus igitur pro  $\text{Διβανησιαν}$  penes *Hesychium* esse legendum  $\text{Διβανησιαν}$   $\text{Λεβιαν}$ . Late quondam patebat Arabia, ex solo Grammatico nunc sapiam. *ARABIA*, τόπος *Συρίας* & refert in  $\text{ΣΥΡΙΟΙΣ ΚΥΒΟΙΣ}$  *Syriam* λέγεσθαι γῆν τὴν ἀπὸ *Φοινίκης* μέχρι *Βαβυλῶν*, regio ad ortum *Jardenis* tota ἐν πλάτει *Arabia* quondam dice-

legimus quibus contiguas *Haavvim*, *Happarab*,  $\text{הפרע}$  & *Abrab* seu *Oprab* invenies in recensione urbium Benjaminiticarum. *Jos.* XVIII: 23. Videntur Benjaminitidos limitem borealem, Ephraimitidos & dimidiæ Menassitidos australem eundem, eum non & urbes in utriusque regionis limite eadem &  $\text{הפרע}$  *Abrab* *Benjaminis* & *Oprab* *Menasseh* eandem fuisse dicerem.

eebatur, ad Libanum protensa, Λιβανίσια  
cognominatur.

§. 8. Nunc restat alter locus penes Gram-  
maticum ΛΕΒΗΔΩΝ τῶν τῶν Δευίων ἐνθα  
ἐδυσίαζον pro Μωαβιτῶν in præced. hoc in lo-  
co Δευιτῶν legitur, per me si staret Δευιτῶν  
esse lectionem mendosam, restituendam  
*Hesychio* Μωαβιτῶν dicerem. Ubi autem quis  
dixerit, hoc modo nodum secari, non sol-  
vi, nec videri Grammaticum haud multo  
postquam de loco quodam mentionem fece-  
rat, statim de eo ipso expositionem itera-  
turum, quod si semel duntaxat fecisset in  
ΛΕΒΗΔΩΝ rem acu tetigissem, qui autem  
*Hesychium* consuluerit, inveniet in *Glossario*  
sæpius repetitas interpretationes, vel bis  
quandoque verba vel nomina explicasse, non  
igitur in eo erit, quod remorabitur, num  
autem nimis severus in hoc restituendo Cri-  
ticus videar, hæreo, non quod diffidam iis,  
quæ jam explicando & emendando loco huic  
hactenus sufficere putavi, sed quia ipse, in  
Critico imperitior, non impetrare à me possū  
ut tam rigidum agam censorem, hæc autem  
mendo suo purgari non potuit alia opera, ac  
illa, nisi exercitator suam adhiberet, qui  
nostram respuit, non erubescam nostras vi-  
res periclitari.

§. 9. Unde ΛΕΒΗΔΩΝ? si *Dibon* huc per-  
tinet, ex ΔΑΙΒΗΔΩΝ. (Vide quæ anticipavi  
§. 3.) ita enim legebatur in MS. *Alexandrino*  
Class. VII, Fasc. II.                      Z                      Ver-

Versionis Græcæ LXXViralis. *Jes. XV:2.* in quo καὶ Διβῶν videtur coaluisse. Nec adeo alienum cuiquam in criticis versato videbitur Δ exesa basi Λ referre, ΑΙ & Ε Alexandrinos eodem fere sono pronunciaſſe, ac Η & Ι quondam Græcos accepimus. Sic ex ΔΑΙΒΗΔΩΝ tandem poſt multas Librariorum curas erupit ΑΕΒΙΔΩΝ, vel ΑΕΒΗΔΩΝ.

§. 10. Merentur adhuc loca quædam ex Grammatici optimi Lexico ſub incudem re- vocari, ſpectantia Τοπογραφία Sacram. ΓΑΛΑΑΔ παλαιῶν ὄνομα, ἢ μέτοχος. Notavit in calce Libri, quo uſus fuit Vir ſummuſ *Jac. RHENFERDIUS.* „Hic Oedipo opus „erit, ad divinandum ſenſum interpretatio- „nis. Sed quid ſi ſaltem pro poſtremo le- „gas μάριος? Quid ſi πόλεως ὄνομα? Opti- me ἐμοίγε κερτη conjecit. Non enim toto cœlo ΠΟΛΕΩΣ quis dixerit diſtare à vitioſa in *Editis* ΠΑΛΛΙΩΝ, nec ΜΕΤΟΧΟΣ recepta quamvis lectio reſtituenda potius ΜΑΡΤΥΣ, ſi quid judico. Γαλααδ urbs memoratur *Eufe- bio* in tractu montano Libani, quam Galaad filius Machir nepos Menaffeſh ab Emoræo captam tenuit. *Hieronymo* citatur *Jer. XXII: 6.* Γαλααδ σὺ μοι ἀρχὴ τῶν Διβῶν. Si Deus vitam mihi dederit & vires diſtinctius de ur- be hac ad *Eusebium* differam. Subiit animum meum conjectura *Hesychium* reſpexiſſe *Hof. XII: 11.* Græcæ Versionis, ubi Γαλααδ γῆ με-

memoratur, & statim fit mentio *Galgalis*, sic penes nostrum sequitur mox

ΓΑΛΑΛΑ, πόλις ἔθρον. Ἀγάλαλα πει χειρίδων nimis remotum videbitur, itaque emendes titulum cum Συρηγο, qui sæpius in emendando textu Grammatici hujus feliciter verfatus est, ΓΑΛΓΑΛΑ qui porro legendum conjecit πόλις ἐν ἡ ἔθρον. Legitur Hof. XII: 11. ἐν Γαλγάλας (juxta MS. Cod. Barberini & Edit. Aldinam) ἄρχοντες θυσιάζοντες. De hac autem Versione nihil addam, in Hebr. גלגל ובז ירושׁ in Galgal boves immolarunt.

ΜΩΑΒ ΛΕΒΗΣ ΤΗΣ ΕΑΠΙΔΟΣ ὁλῶν ἐθρῶν τὸ σύστημα διὰ τῆς τῆ Μωαβ προσηγορίας αἰνιτίζεται. Vide supra §. 3. sed de hisce quæ sequuntur, θυσίαι ἀληθινῆ, τῶ πυρὶ τῆ θείῃ πνεύματι & θερμαινομένη, adhuc nihil ausim definire, nisi per conjecturam, mihi autem nunc perinde est, sive à manu *Hesychii* hæc profecta dixeris, sive ex Lexico quodam Vetustissimo *Origenis* inserta, sed quid hæc ad hunc titulum? Venit in mentem mihi קרצ & ἀλήθειαν invicem quandoque juxta Versionem LXX. Seniorum respondere. Effet θυσία ἀληθινὴ קרצ sic קרצ יבז θυσίαι δικαιοσύνης memorantur. Deut. XXXIII: 19. Ps. IV: 6. LI: 20.

ΣΕΔΕΚ πῶα Μωαβιῶν, ἐρμηνεύεται δὲ μελέησις. Cl. *Rhenferdus* notavit in calce libri, quo usus fuit. „*Sopingius* recte quidem pro πῶα legendum monet πόλις. Sed quid *Sedes*? an „forte

„forte *κέθεμ*? Certe mox sequitur *Σέθεν*.  
 Non inficiabor me quandoque de *Ἄσδεκ* fi-  
 sta Interpretibus Græcis *Jes. XIX: 8.* urbe in  
 Ægypto cogitasse, sic A excidisset, & porro  
 legeres *πολις Ἀιγύπτου*. Quamvis nihil defini-  
 am, nemo tamen regerat, qui *κέδεκ* - - ἐρ-  
*μηνέυειαι-μελέτησις*, priusquam qui *ΠΑΥΛΟΣ* He-  
*sybio Θουμάσιος ἢ ἐκλεκτὸς σύμβουλος* dicatur  
 vel dici possit, exposuerit & in eo forte hæ-  
 rebit. Sacrilegium duxerim supprimere  
 conjecturam RHENFERDII. „Videtur  
 „respicere illud *Jes. 9. γὰρ ἡ ἀλά*. Sed hic lo-  
 „co motum est. Sed vide *Hieronymum* de No-  
 „minibus Ebraicis.

§. 12. Sunt autem adhuc loca plura, de  
 quibus intactis exponant & Critici, si possint,  
 quid sentiant, *ΑΒΕΛΛΟΝ ταπεινόν*. Videba-  
 tur ex *Abela vinearum* *אבל כרמים* *Ἀβελαι*  
*ἀμπέλων* ortum traxisse, perinde ac *ΑΒΙΑΛΙΟΝ*  
*δίνον* intelligerem vinum ex contiguo tractu  
 urbis hujus. de qua consulantur, *Eusebius* &  
*Hieronymus* aliique. Etiam nomen hoc *Abel*  
 in *Abel-Mea*, - *Mecholah*, - *Haschitsim*, unde de-  
 rivaret RHENFERDIUS, legas in *Nott. Crit.*  
*ad Eusebium* &c. *Opp. Philol.* p. m. 813.  
 Chaldæi autem *אבל* sæpe *מישר* planitiem red-  
 dunt. Sic *ΑΒΕΛΛΟΝ ταπεινόν* intelligimus, fuit  
 & urbs *Abel*, quæ sita in planitie. 2. *Sam.*  
*XX: 19.* *בית מעכה* *אבל* 1. *Reg. XV: 20.* 2.  
*Sam. XX: 14.* nomen ex situ accepisse cre-  
 datur.

ΑΔΑ ἡδονή, πηγὴ καὶ ὑπὸ Βαβυλωνίων ἢ Ἠραὶ  
 παρὰ Τυρίοις δὲ ἢ Ἰτέα. Vide quæ dixi in *Dis-*  
*sert. de Ænon prope Salim* §. 6. inserta *Class.*  
*VII. Fascic. II. p. m. 354.*

ΑΖΩΤΟΣ ἔθνος Συρίας καὶ πόλις. Non pot-  
 erit quis in eo hæreere. Vide *Eusebium &*  
*Hieronimum* aliosque.

ΑΡΑΒΑ τόπος Συρίας καὶ κόσμος γυναικός. In  
*Editis* ΑΡΑΒ Α c m e n d e s 𐤀𐤃𐤅 (urbs tribus  
 Benjamin. *Jos. XVIII: 18.*) ΑΡΑΒΑ.

ΑΣΦΑΛΤΙΤΙΣ ἐρυθρὰ θάλασσα. Dicitur &  
*Epiphanio* Lib. II. adv. *Hæreses* p. 397. & in  
*Anacephal.* p. 145. Quid si nomen *Epiphanii*  
 exiderit, quem bis citavit *Hesychius* notante  
*Casaubono* ad *Athenæum*, quibus autem in lo-  
 cis fugiebat *Pricæum*, unum in *μνῶ* obser-  
 vavi.

ΒΑCΑΝ αἰσχύνη ὃ ἐστὶ δρυς. Non ΒΑCΑ μοχ  
 infra ΒΑCΑΝ αἰσχύνη. Referas ad 𐤀𐤃 vel 𐤀𐤃  
 pudore affici. Deinde *quercus* in *Basan* memo-  
 rantur *Jes. II: 13.*

ΒΗΡCΑΒΕΕ μύρω Σολομῶντος, καὶ τόπος περὶ  
 τὴν ὄρεινὴν τῆς Παλαιστίνης. Quæ sequuntur in  
*Editis* cum *Fungero*, *Quieto*, *Meursio*, *Palmerio*  
 referrem ad titulum proxime præcedentem.  
 Pro μύρω legerent μήτηρ, bene, sic *Bathsebab*  
 mater *Salomonis* Βηθσαβее in *Cod. Alex.*  
 Græcæ *Versionis* Βηρσαβέε in *Vatic. & Ed't.*  
*Complut.* dicitur. *2. Sam. XII: 24.* De *Berseba*  
 alibi sæpius legimus, nec huic inhærebo.

ΒΕΘΗΛΟΝ δίκον Θεῶ. Fere neglexissem,

nisi quis mallet ΒΕΘΗΛΟΣ legere, quod mihi perinde.

ΓΑΔΕΙΡΩΝ χώρα ὄνομα. Videtur γαδαίρων γῆ adlita mari Tiberiados *Marc. V:1.* e regione Galilææ intelligenda. *Luc. VIII: 26.* quam terminat ab oriente, dicta an à γαδαίρα urbe? an quid humani passus *Hesychius* dubitas? Γαδαίρα τὰ περιφράγματα. Φοίνικες. Grammaticus attendit Hebr. גַּדַּי.

ΓΑΛΙΛΑΙΑ κατακυλισή. Originem à ἑλῆpetas, אֶלְיָא tractatu suo convoluta regio Galilæa *Reiskio* redditur.

ΓΕΝΝΗΣΑΡΕΤ πατρὶς ἀρχόντων. Sic pro ΓΕΝΝΗΣΑΡΕΤ legerem, ex *Matth. XIV: 34. Luc. V:1.* vel ΓΕΝΗΣΑΡΕΤ. Intelligit etymon nominis proprii Maris & Regionis (גֵּנֶזַר *hortorum Principum*) *Genesar.*

ΔΑΝ μακρὸν ἢ πολὺν χρόνον ἢ λέϊον καὶ χώρα περὶ Δαμασκὸν καὶ Σιδῶνα. Sic fidenter restituendum censui, pro ΔΑΝ μακρῶς ἢ πολὺν χρόνον ἢ λέϊον καὶ &c. *Palmerius* jam μακρὸν legendum monuit, Λεϊὸν *Hesychio* - - - ὀμαλόν.

ΕΛΕΑΔΗ Θεῶ ἀνάβασις ἐν ὑπερφανεία. Aeli esset ἡλυ ἡκ memoratur ἡλυλυ urbs condita à Rubenitis. *Num. XXXII: 37.* Vide *Eusebium* in ΕΛΕΑΔΕ.

ΕΣΕΒΩΝ διαλογισμὸς καὶ ποταμὸς Μωαβιτικῆς χώρας ἄκαρπα. רַבְּשִׁי לֹגִיסְמוֹס *ratiocinium*, suadet etymon, sed pro ποταμὸς RELANDUS (*Palæst. Illustr. Lib. III. p. m. 719.*) πάλις substitueret, quem *consulas*, non ego Sum.

Summi Viri conjecturam adeo rejicio, sed monere debui laudatas piscinas Chesbonis. Cant. VII: 5. forte receptam lectionem posse tueri, qui volet & poterit, litem dirimat.

ΘΑΒΩΡ ὄρος Συρίας. Situm hujus montis investigavi in *Diss. de Monte Sublimi*, in quo Christus à Diabolo tentatus perhibetur. (insert. *Biblioth. Brem. Cl. VI. Fasc. V. p. m. 975. & seqq.*) §. 7-10.

ΙΤΑΒΗΡΙΟΝ ὄρος ἔχον πηγὴν μίαν ὅθεν τὰ θηρία πίνει, ἔστι δὲ εἰς τὴν Γαλιλαίαν ἐν Ἰδαία. Non ΙΤΑΒΗΡΙΟΝ amplius ut recte monuit dudum *Sopingius* ex *Jerem. XLVI: 18. Hof. V: 1.* Græcæ Versionis, qui mons *Tabor*, an fons *Ada?* inquiras.

ΙΔΟΥΜΑΙΑ τόπος, φησὶν γὰρ, ἐπὶ τὴν Ἰδαμαίαν ἔκτενῶ τὸ ὑπόδημά μου. τετέστιν ἐπὶ τὴν ἐκλείπτουσαν οἰκισμένην ποιήσομαι τὴν πορείαν. Respicit Versionem τῶν ὁ *Pf. LX: 8. CVIII: 9.* quod m. neo, quia aliis intactum.

ΚΑΠΕΡΝΑΟΥΜ χωρίον παρεκλήσεως. כפר נחם situm urbis *Eusebius & Hieronymus* alique definiunt. (a)

ΚΗΔΑΡ πένθος. Referrem ad קדר, lugentes atra induti veste incedebant. Nomen regionis Arabiae. Cant. I: 5. Jam ΛΙΒΑΝΟΣ ex consilio prætermitterem, & ΚΑΔΗΣ *Hesychio ἀγασμός*, קדר respicit, & quod hisce præmissem, si voluissem *ΙΟΠΠΑ μισόδης*.

Z 4

MA-

(a) Vide sodes *dissert. nostram de Naphthalitide Apostolorum patria c. II. §. 11, 12. T. d. H.*

ΜΑΓΔΩΛΟΣ ἐικοδόμημα π. ⲗⲓⲛⲏ turris.  
 Μαγδωλⲟ quid Herodoto, an Megiddo?

ΜΑΜΡΗ ἀπὸ ὀργισίως. ⲁⲓⲛⲏ Gen. XIII: 18.  
 XXXV: 27 sic legerem, quamvis non relu-  
 ctarer si quis ΜΑΜΡΗ, in Editis quod habe-  
 tur, adeo tueri velit, quia Josepho, Philoni, Epi-  
 phanio adhibetur.

ΜΑΡΙΒΩΘ ἀνπλογία. Legerem non ΜΑΡΙΘΘ  
 ἀνπλογία. Existimem indigitasse Versionem  
 τῶν ὁ Jecbezk. XLVII: 19. ⲟⲩⲙⲁϣⲏⲥ Symmachus  
 ἀνπλογίας reddit, fide Hieronymi, qua fretus  
 Eusebium emendare in ΜΑΡΙΒΩΘ.

ΝΑΒΑΥ ἐγκαθισμός. Respicit ἴτυμον nomi-  
 nis proprii montis Nebo.

ΡΑΜΑ ὑψηλή. Sic ⲛⲙⲓ passim Chaldaeo,  
 LX. Senioribus vertitur, Vide Dissert. ad  
 Jer. XXXI: 15.

ΣΑΤΤΙΝ ὄνομα πότε. De quo ad Eusebium in  
 Σαττειν vel ΣΑΤΤΙΝ differam distinctius &  
 ΑΒΕΛΑΤΤΕΙΝ.

ΣΙΔΟΝΙΟΙ Φοίνικες, καὶ οἱ τὴν ἐρυθρὰν οἰκῦντες  
 θάλασσαν. Num Mare Mediterraneum Sido-  
 nem alluebat, & dictum est rubrum?

ΣΙΚΗΜΑ ἡ Νέα πόλις ἡ ἀναβαίνουσα, ἢ γὰρ ἡ ἐξ  
 ἰθῦν Ἐκκλησία. An non ΣΙΚΙΜΑ? Sichem an  
 non dicta Νεάπολις? num ne junctim ΣΙΚΙΜΑ  
 ἢ Νεάπολις legeres. Vide præ aliis Cellarium,  
 Relandum.

ΣΩΡΗΧ ἐκλεκτή. Jes. V: 2. ⲟⲩⲣⲓⲱ an nomen  
 proprium loci tribus Dan, non ultra dimidi-  
 um milliare à Valle Escol. Jud. XVI: 4. vel  
 num

num appellativum? Consulamus Πάνου  
Bochartum & C. VITRINGAM.

ΧΑΛΥΒΩΝΙΟΣ ΟΙΝΟΣ εἶδος οἴνου ἀπὸ πίπυ  
πίνου τῆς Συρίας. Videbatur ΟΙΝΟΣ titulo ex-  
cidisse, quapropter restitutum volui: Jechezk.  
XXVII: 18. memoratur יַבֵּן יַיִן οἴνον ἐκ  
χελβών. Vinum hoc laudatur potui inservi-  
isse Persarum Regi *Posidonio*, qui agrum Da-  
mascenum Syriæ vini hujus feracem prodidit,  
fide *Athenæi* Dipnosoph. I. monitore *Sopingio*.  
Ex *Strabone*, *Suida*, *Eustathio* plura notavit ὁ  
Πάνου Bochartus, qui consulatur.

ΩΒΩΜ πόλις Μωαβιτῶν. Sed qui in *Hesychii*  
Glossario evolvendo exercitatus cense-  
bit ΩΒΩC legendum, quippe supra ΕΒΩΒ  
πόλις Μωαβιτῶν ἢ καὶ Ωβώβ. Per me si sta-  
ret ΩΒΩΘ in utroque loco scriberes, sta-  
tio castrametantis Populi Israelitici perhibe-  
tur. נַבְאָה Ωβωθ Num. XXI: 10. XXXIII:

43. 44. Vide *Eusebium* &  
*Hieronymum*.

## Observatio (a) de aetate Gul. POSTELLI.

**O**N a extrêmement varié sur l'age, auquel est mort *Guillaume POSTEL*. Si son Testament, daté du 2. Decembre 1567. étoit véritablement de sa main, comme l'assuroit feu Mr. Baluze, qui connoissoit l'écriture de Postel, ce seroit une pièce décisive pour le fait dont il s'agit. Le Testateur dès les premières lignes dit que le 25. Mart de cette année 1567. il étoit entré dans le 57. de son age; D'ou il sensuivroit qu'étant mort l. 6. Septembre 1581. il étoit n. a le 25. Mart 1510. & qu'il n'a par conséquent vécu que 71. ans, 5. mois, 12. jours. Ce qui est bien éloigné de ce qu'en écrit la Croix du Maine, dont le témoignage seroit pourtant profitable, si la citation qu'il produit d'*Humbertus Monsmoretanus* étoit reconnue bien authentique. Elle consiste en deux distiques, prétendus faits à la louange de Postel dès l'an 1512. le premier desquels est ainsi conçu:

(a) Debetur haec viro nobilissimo *Da. DUCHAT*,  
Metensi, ob professionem religionis sanctissimae  
e Gallia profugo, nunc supremae curiae Gallica-  
nae Berolinensis consiliario, annotationibus suis in  
Confessionem Sancy, & nupera editione operum  
*Rabelaisii*, aliisque scriptis satis noto.

*Et jura & leges, nosique, Guilielme, Poëtas,  
Hisque viros unus tres superare potes.*

Voici le second où les trois talens, qui font le  
sujet de l'éloge, sont mieux distingués.

*Legistam si quis, si quis reperire Poëtam,  
Philosophumve cupit, te petat omnis homo, &c.*

La Croix du Maine avoit raison de présu-  
mer qu'un homme qui en 1512. étoit Poëte,  
Jurisconsulte, & Philosophe, avoit alors tout  
au moins 25. ans, & que ce même homme  
mourant en 1581. pouvoit bien en avoir par  
conséquent 94. ou 95. Aiant d'abord, qui plus  
est, à cause de cette grande habileté attribuée  
à Postel en 1512. cru, qu'il pouvoit être né en  
1475. il devoit conséquemment lui donner en  
1512. trent-sept ans, & de là conclure que  
néanmoins avoit pas moins de 106. étant mort l'  
an 1581. le grand point étoit de prouver qu'a  
c'étoit véritablement l'honneur de Pottel  
qu'avoient été faits en 1512. les distiques  
rapportés. L'idée, soit de Poëte, soit Ju-  
risconsulte ne lui convenoit nullement Aussi  
n'est-ce pas lui qu'avoit en vû Humbert de  
Montmoret. On n'a pû, quelque recherche  
qu'on ait faite dans les plus nombreuses  
Bibliothèques de Paris, trouver ni son Her-  
véide, ni son Poëme de la guerre de Raven-  
ne mais on en a deterré un troisième intitulé  
*Fratri Humberti Montmoretoni Poetae, Oratoris-  
que Clarissimi, Bellorum Britannicorum à Carolo  
Francorum Rege eo nomine VII. in Henricum An-  
glorum Regem felicis ductu auspice Puella Franca ge-  
storum prima pars.* Au devant de ce livre, im-  
primé in 4. chès Badius le 27. Février 1512.

ily a diverses Epigrammes : celle-ci entre autres, adressée à Guillaume non pas POSTEL, mais POTET, en ces termes:

*Ad Magistrum Guillelmum POTET.*

*Floruit eloquio Ciceronis lingua Latino,*

*Floruit insigni religione Numa.*

*Floruit eximii sapientia summa Catonis,*

*Quod Numa, quod Cicero, quod Cato, solus habes.*

Il est visible que le prétendu Guillaume POSTEL de la Croix du Maine, homme tres sujet à se tromper, n'est autre que le véritable Guillaume POTET, à qui ce quatrain est adressé. On y reconnoit le meme genie des distiques ci-dessus allégués, dans lesquels il y a lieu d'être convaincu, que si jamais on parvient à voir les éditions que la Croix du Maine a citeés, on trouvera le nom de *Potet* bien imprimé. Il faut dont en revenir à l'époque marquéé dans le Testament. La pièce subsiste. Elle est actuellement à la Bibliothèque Royale, où les manuscrits de Mr. Baluze ont été transportés. cest uniquement sur cette date que toutes les autres doivent être rectifiés, & en particulier celle du Thevet suivie aveuglément par Dom Marrier en son Histoire de S. Martin des Chams, & par Baillet en son Article de Guil. Postel. Baillet, Jugemens des Savans, Tom. 6. pag. 213. & 214. de l'édition commentée par M. de la Monnoye, Paris, in 4. 1722.

---

QUAESTIO.

Quomodo vos montis Chermanis dici potest descendi in montes Tzion Ps. CXXXIII: 2. cum tamen ille à Sione tot locorum intervallis distitus fuit?